su:lutoꝫ plateaꝫ ve'ut stultꝰ ipetrẽt ꝛ clamoꝛosis ei vocib ꝫsultarẽt famulꝰ dei nllaꝫ prꝰ fractꝰ aut mutatꝰ iuria vt surdus in oib ptrãsibat. Talis fuit stulticia bti Jacobini ð tuderto qui etiaꝫ in suis deuotis carmib ita canebat. Dẽnomi pare e corteſia impazire p lo bello meſſia. El mi pare ſi gran ſapere chi par dio vol impazire che in pariſi nõ ſi vede ẽ. Idcirco i die iudicij vt hr Sap. v.c. Stabũt iuſti i magna ꝫſtãtia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt ꝛ q̃ abſtulerẽt labores illoꝫ. videntes autez turbabunt timore horribili et mirabunt in ſubitatiõe iſpate ſalutis. dicẽtes intra ſe. pniam agẽtes ꝛ p ãguſtia ſpũs gemẽtes Hi ſũt qs aliqñ habuim? in deriſũ ꝛ in ſilitudinẽ ipperij Nos inſenſati vitã illoꝫ eſtimabam? inſaniã ꝛ finẽ illoꝫ ſine honore. Ita euenit tpe pauli: vt xpiani a gẽtilib ſtulti dicerent. Vñ Actꝫ. xxvi. dñ paul? loq̃r coꝛã agrippa de myſteriis xpi. de pnia ꝛ reſurrectiõe mortuoꝫ q̃dã noie feſt? voce magna rndit. Insanis paule: multe lr̃e te ad inſaniã deduxerũt. Et paul? nõ inſanio in q̃t. ſed ꝫitatis ꝛ ſobrietatis ꝫba ego loq̃r ¶ Tertia ſtultitia ẽ viciosa ꝛ criminalis q̃ ẽ illis q̃ mortaliter peccant. qm̃ cũ oẽs ſcripture cõminẽt peccatoꝛib malia. nolũt ipſi ſcripture credere q̃ plena ẽ oi ꝫita se. Vñ Sap. p v.i.c. ait. Sapientiã atq̃ doctrinã ſtulti deſpiciũt. Clamat oĩs ſcriptura pctm̃ vitãdũ atq̃ cõminatur pctõꝛib icoꝛrigibilibus mala Audite obſecro ꝛ intelligite. O mortales miſeri pctõꝫ vinculis colligati: q̃d ſcriptũ ẽ leuiti. xi.c. Nolite ꝛtamiare animas vr̃as: nec tãgatis imundũ ne imũdi ſitis. et ad Ro. vi.c. Nõ regnet pctm̃ i veſtro mortali coꝛpe. ꝛ Jaco. iiii. ca. Mũdate pctõꝛes manꝰ veſtras ꝛ purificate coꝛda veſtra Et Joh. v.c. ꝛ viii.c. noli peccare: ſubinferk rõ. Ezech. xviii c. Et. i. q. iiii. c. iã itaq̃ ꝛ. xxiiii q. iii. c. his ita. q̃a aia q̃ peccauerit ipſa moꝛietur. ꝛ ps. xxxi. Multa flagella peccatoꝛis. ꝛ ps. cxlix. Dñs iuſtꝰ ꝛcidet ceruices pctõꝫ. Cum igit deelectatio q̃ hr i pctõ modica ẽ ꝛ breuis q̃nta ẽ inſania eoꝫ q̃ fruũt diabolo vt tandẽ excludãtur a paradiſo ꝛ deputẽt penis eternis ¶ Nõ peccatũ contriſtat mentes peccatoꝫ dñ ad ſe redeũt ſicut ecõuerſo ꝫtus letificat animã ¶ Ca. iii. Ertũ nocumẽtũ pctī oꝛ ꝫtriſtatio. Nam lz ſepenumero letent pctõꝛes in via ſua mala. tñ dñ ad ſe redeũt nõ põt fieri q̃n triſtent in trinſecꝰ. Vñ augꝰ li. i. ꝛfeſ. ait Juſtiſti dñe ꝛ ſic ẽ vt pena ſua ſibi ſit oĩs iordinatꝰ aius. Sicut eni ꝫtꝰ letic̃iã gignit i mẽte ꝫtuoſi. ſic vitiñ triſticiã parit. Dicit q̃ppe Iſido. in li. ſolilioq̃oꝫ. Bona vita gaudiuz ſp hz. ꝛ Sen. ad Lucilĩ Sola ꝫtus pſtat gaudiũ ppetuũ. Et Ci. in li. de ſenectute. Cõſcia bñ acte vite multoꝛũq̃ bñ factoꝫ recoꝛdatio iocundiſſima ẽ. ꝛ Ariſto. Nemo ẽ q̃ non gaudeat opatiõib bonis. Et Anſel. ſup ps. xviii. Unicuiq̃ bono delectabile ẽ ee i ꝫtutib etiã ſi nullũ pmiũ inde expectarẽt. Vñ q̃dã ethnicꝰ ait Si oẽs dñ eem ignoſciturꝰ et hoies iggoraturꝰ: tñ nollez in pctis maculari Hãc ꝫo ſniaz ſequit Tul. q̃ in. iii. de officiis ait. Certe ſi oẽs deos hoieſq̃ celare poſſem? nihil tñ iniuſte nihil lauare nihil libidioſe faciendũ ẽ. Qua dere diligens oib debet eſſe cura vt euitent pctã i q̃bus ſi ſe vt hoieſ fragiles ſe viderint q̃ſiq̃ imerſos dent operã illa relinq̃re. ꝛ reuerti ad dñm ieſũ xp̃m q̃ ſuaz nobis oib dignek gratiã infũdere. amẽ ¶ Feria q̃nta p̃me hebdomade ¶ De friuola ac de debili excuſatione peccati.

¶ Sermo quintus.

Jcientur in tenebras exteriores Verba ſũt redemptoꝛis noſtri oꝛiginaliter. matth. viii. c. ꝛ in euãgelio hodierno. Satis exterrere debẽt hoium malevuentiũ mentes infallibilia verba dñi nr̃i Jeſu xpi. Ipſius vocẽ audim? penas eternas cõminantẽ peccatoꝛib obſtinatis. Sed pleriq̃ ſemetipſos iconſolari falſo conank ſe ꝛ ſua facinoꝛa excuſantes. Auũt enim nõ vſq̃quaq̃ hoi pctã iputãda eẽ pctã ad q̃ q̃dãmõ inuitꝰ pducik. Idcirco in pñti ſermone de excuſatiõe debili peccati dicemus quã,p ſcuto putãt nõnulli aſſumere ĩexpugnabili. Qui tñ eiciendi erũt i tenebris inferni horribiles ꝛ timendas. Diſtinguem? autez triplicem excuſationem.

¶ Prima eſt dei pmittentis.

¶ Secũda ſideris influentis

¶ Tertia nature inclinantis.

Nõ nulla ẽ excuſatio eorũ q̃ dicunt deũ eſſe cauſam peccati. ꝛ q̃te deus pmittit mala fieri. ꝛ an poſſit pcipere mala

Capitulum pmum

Rima debilꝫ iuſta ꝫ ac idebita excuſatio pctī eſt dei pmittẽtis. Auũt quippe

seducti a diabolo peccatores deus ꝓmittit fieri peccata q̄ si vellet impedire vtiq; posset. Sed vt taliū errorꝫ ꝓcul abiiciatur: tria sunt in hac ꝑte dubia declaranda.

¶ Primū vtr̄ deꝰ sit cā peccati.

¶ Secōm vtr̄ deꝰ debeat mala permittere.

¶ Tertium. vtrum deꝰ ꝓsit p̄cipere mala culpe.

¶ Ad ꝓmū dubiū rñdet ꝑm alex. in. ij. sūme in tractatu de malo. ⁊ Ricar. ⁊ Bonauen. in ij. dis. xxxvij. ⁊ Tho. ꝓma secunde. q. lxxix. q̄ deꝰ nullo modo est causa effectiua peccati nec ꝑ se nec ꝑ accidens: nec directe nec indirecte. Et hoc ꝓbat firmissimis auctoritatibꝫ ⁊ rōnibꝫ. Ait enī sapiens Eccl'. xv c. Nemini mandauit deꝰ ipie agere. ⁊ Ecclesiastes. vij. ca. Solūmodo hoc inueni q̄ deꝰ fecit hominē rectū. ⁊ ipse se in infimis miscuit q̄onibꝫ. ⁊ aug. lib. lxxxiij. q̄onū. Auctor mali deus non est. q̄a omniū q̄ sūt auctor est. q̄ inquantū sūt tm̄ bona sūt. Et idē in li. ꝯ Adamantiū manicheū. Nō ē malū in ciuitate q̄ deus non faciat. malū hoc loco non peccatū. sed pena intelligēda est. Sūt ad ꝓbādū rōnes efficacissime. Et ꝓma sumit ex diuina dilectione. Nā illud quod deus ꝓducit vel facit: diligit iuxta illud Sap̄. Diligis oīa que sunt. ⁊ nihil odisti eorum que fecisti. sed deꝰ odit peccatū. ꝯm illud Ecclesiastici. xij. Altissimꝰ odio hꝫ peccatores ergo deus nō ē causa peccati.

¶ Secūda rō sumit ex diuina vltione. Nō est deus causa illi⁹ rei cuius ē vltor. sed deus est vltor peccati. ergo nō est causa peccati. scriptū est enim ad Roma. xij. c. ⁊ ad Heb. x. c. ⁊ Deutro. xxxij. c. ⁊ puer. xxv. c. ⁊ xxiij. q. i. in ꝓn. in ꝑsona dei. Mihi vindictā. ⁊ ego retribuam. ⁊ Exo. xx. c. Ego sū deus zelotes visitans iniquitatem patrꝫ in filios. ¶ Tertia rō sumit ex diuina ꝑfectiōe Illud enī q̄ō est ꝑfectissimū ⁊ in q̄ nullꝰ p̄ōt esse defectus alicuⁱ⁹ mali nō p̄ōt eē cā peccati. sicut nec sol p̄ōt esse cā obscuritatis nec ignis causa frigiditatis. Sed deus ē huiusmodi. ḡ nō est cā peccati. Confirmat ista rō sic Ab eodē agente penitus non diuersificato in se non egredit ꝑfectū ⁊ impfectū. Nō idē manens idē natū ē facere idez. vt dicit Aristo. in. ij. de generatione. Bonū dicit ꝑfectionem. malū dicit impfectionē. Sed deus est agēs ꝑfectissimꝰ non diuersificatus in se. ergo cum bona sint ab ipso: mala culpe nō erūt ab ipso. ¶ Secōm dubiū fuit. vtr̄ deus debeat ꝓmittere mala fieri. Et q̄ sic ꝓz ex auctoritate Grego. qui sup illo ꝓbo Job. xij. c. Abūdant tabernacula p̄donū ait. Oi/porēs deus q̄ō fieri ꝓhibet iustū est vt fieri sinat. Et Augꝰ li. xx. de ciui. dei. Nullꝰ hoiuꝫ agit recte nisi dīno adiuuetur auxilio. Nullus demonū aut hoiuꝫ agit inique nisi diuino eo dēq; iustissimo iudicio permittat. Secōm aūt Bonāuē. in ꝓmo di. xl vij. Deus ꝓmittit mala fieri ordiatissime. nā dupler ē ordo rer̄. vnꝰ in vniuerso. alter in finē. ⁊ vterq; exigit q̄ deus ꝓmittit mala fieri. Ordo q̄ppe in vniuerso exigit q̄a ad ꝑfectionē vniuersitatis necesse est vel fuit fieri creaturā arbitriō liberā ⁊ peccare potentē. Sed administratio vniuersitatis req̄rit vt deꝰ res quas cōdidit sic administret vt vnāquāq; agere ꝓprios motus sinat. vt augꝰ. vij. li. de ciui. dei. Ideo cuz debuit dare potentiā peccandi ⁊ debuit regere saluo ordine sue ꝓditiōis si voluit peccare debuit ꝓmittere: ⁊ si noluit peccare: debuit conseruare. ¶ Et ita debet debet permittere mala. Ordo finē hoc exigit. q̄a duplicē finē ꝓsequit reperire in vniuerso vnꝰ ē salꝰ electoꝝ. alius diuina laus Om̄ ergo ꝓmissiꝰ malorum reddit electos gliosiores ꝓ occasionē. ⁊ deus nō curat vtrū ꝓ causam vel ꝓ occasionē gloria electoꝝ augeat. ideo deꝰ ꝓmittit recte mala fieri. Nam ꝑ sunt mali bonis eos exercitādo. ⁊ ideo dicit augꝰ li. de laꝑsu mūdi. q̄ ꝓmisit deus plures eē malos. q̄a si pauci eēnt non auderent exercere bonos Diuina etiā laus exigit vt permittat deus mala fieri. q̄a occasione mali sūme manifestat misericordia in electis in filiū vnigeniti donatiōe ꝓ inimicis ꝯm tp̄s Sūme etiā manifestatur dei iusticia in eterna punitione reproborꝫ. ¶ Sed cōtra p̄dicta aliq̄s posset instare. ꝓmo. q̄a glo. sup illo ꝓbo ad roma. i. Nō solū qui faciūt digni sūt morte. sed qui ꝯsentiūt Cōsentire inq̄t est facere cum possit arguere. sed deus posset arguere impediēdo malū. ergo nō debet malū ꝓmittere. ¶ Secūdo. q̄z augꝰ xix. li. de ciui. dei. c. xvi. ait. Ad innocētis officiū ptinet nō solū nemini malum inferre. sed etiā a peccato cohibere. ḡ si deus nō cohibet cuz possit. nō est innocēs. ¶ Tertio oēs ꝓtutes nre debent habere exemplar in deo. sed in nobis est virtus zeli. ergo ⁊ in deo.

Sed zelus quantū pōt obuiat peccato. ergo si deus habet zelū quantum pōt debet obuiare peccato ¶ Ad ꝑmū respondet Bonauē. ꝙ ꝑmittere malū pōt esse dupliciter. Aut non cohibēdo malū vel aiū nec in facto nec in retributiōe z sic ꝯsentire ē. Aut non cohibendo malum. sed tamē puniendo transgressorē z arguēdo continue. z sic nō consentit. z ꝟ mō deꝰ ꝑmittit z nō ꝯsentit. Ad scōm de inocēte q̄ debet habere deū ꝙ illud intelligitur de cohibitione quantū ad arguitionē z punitionē: nō aūt quantū ad volūtatis coactionem ¶ Ad tertiū de zelo dicitur ꝙ zelus debet obuiare peccato saltē iure iusticie. z iusticia put ē ordo vniuersi ꝟ exigit vt deus ꝑmittat homines ire ꝑm impiū sue volūtatis.

¶ Tertiū dubiū fuit vtꝝ deus possit ꝑcipere mala culpe. Rñdet Bonauen. vbi s. ꝙ ꝟ potest dupliciter intelligi. aut ꝙ deus percipiat malum manens malū. aut itaꝙ ꝑcipiendo faciat bonū ¶ Primū simpliciter ē impossibile. Secundū ꝓ aliquo mō ē possibile z nō oino. Est enī aliqd malū in se z aliqd malū ꝑm se. Malū in se pōt fieri bene. Malū ꝑm se nullo mō pōt fieri bene. imo hoc intelligere ꝙ fiat bene ē intelligere ꝙ idē sit bonū z malū Pōt ergo dici ꝙ deus pōt ꝑcipe malū in se z nō malū ꝑm se. qz nihil pōt ꝑcipere cū bonū sit postꝙ ꝑceptū est. z illō est malū in se: nō aūt ꝑm se. iō pōt illud ꝑcipere z nō aliud. Hinc ꝟ ortum illud qđ dicit Bernñ. in li. de ꝑcepto z dispēsatiōe. Quid deus pōt dispēsare in ꝑceptis scōe tabule z nō ꝓme. ꝺa in ꝑceptis scōe tabule quantū ē de rōne ꝑcepti ꝑcipit ordinatio ad ꝓmū. z prohibet deordinatio ad eundez. Deordinatio aūt respectu ꝓmi nisi sit deordinatio respectu dei malū est in se. In ꝑceptis ergo scōe tabule dispensat deus. z contra illa pōt ꝑcipere. nec ex hoc sequit ꝙ ꝑcipiat ꝯraria quia mandatū spāle absoluit a coī. vñ extra ð rescrip. c. i. ðr. Spāle mandatū derogat generali. In ꝑceptis aūt ꝓme tabule nō pōt deꝰ dispensare. ꝺa eoꝝ opposita sunt mala ꝑm se. Ipa enim ꝑcepta dicūt ordinationē ad deū sic in finē de sua rōne z eoꝝ opposita deordinationē. z iō si contrariū ꝑciper. ꝑciper ꝯ se. Cōtra se aūt nō pōt facere. Et si ista ꝑciper cū sint mala ꝑm se ita ꝙ nullo modo ꝑñt bñ fieri aut deꝰ vellet malū qđ est icō

uenies. aut impune fieret malū aut idē eēt bonū z malū quoꝝ vtrūꝙ ē incōueniēs simplr. ex dictis ꝟcludim⁹ ꝙ pctōres ñ ꝑñt excusare malitiā suā rōne dī iuste ac sapiēr pctā ꝑmittēr. Nō irrōabilr ē excusatio pcti cū hoiuz culpa referr ad influentiā sideꝝ q̄ libeꝝ arbitrium astringere nō ꝑñt neꝙ ad bonā neꝙ ad malū ¶ Ca. ij.

Secūda excusatio pcti ē sideris influētis. Ad tantā q̄ppe insaniā ali q̄ astronomi deuenerūt vt fateri nō erubescāt vitia hoium ab influētia planetaꝝ z siderū dispōne cāri. ¶ Ad quoꝝ ꝟsionē notandū ꝑm Bonauē. in. ij. dis. xiij. Nō mores hominū cāri a sideribꝫ pōt intelligi dupliciter. aut necessario. z sufficienter. aut dispositiue z ꝟtingenter. Si ꝓmo mō dicaꝝ. sic nō tm̄ ē falsū: imo ē hereticū z diabolicū figmētū triplici rōe ¶ Prīo qz repugnat xpiane religiōi. Scōa qz repugt sensui. ¶ Tertia q̄ repugnat rōni ¶ Prima rō ē quia repugnat xpiane religioni dum est contra veritatem fidei z honestate moꝝ. Veritas enī fidei in ꝟ errore saluari non ꝓtest. Dū enim ponit omnia necessario a sideribus euenire tollit meritum. z per consequens ꝓmiñ tollit gratiam z per conseqns gloriam Honestas etiam morum per hunc errorem preiudicium patitur: dū culpa peccantis in sidera infunditur et licentia malefaciendi sine reprehensione conceditur. z homo ad orandum z colendum sidera incuruatur. Et iste est finis huius erroris pessimi. quia ad idolatriam perducit. Secūda ratio est. quia tenere mores hominum necessario euenire ab influentia planetarum repugnat sensui Sensibiliter enī experientia in eadem constellatione conceptos z natos videmus diuersificari in moribꝫ z exercitijs z euentibus z naturalibus proprietatibus Et istud manifeste apparet in iacob z esau qui simul fuerunt concepti z nati. z tamen i omnibus his sunt diuersificati. Apparet etiam quia in eadez constellatione nascitur filiꝰ regis z filius rustici. Nascit homo z asinus. nascitur femina z masculus z tamen habēt dispares mores. Ideo Gregorius i homelia. epiphania ait. Sic fateri mathematica solēt ꝙ quisquis sub signo aquarij nascitur in hac vita piscatoris ministerium sortiatur. Piscatores vt fertur getulia nō habent. Quis igitur dicat ꝙ

nemo hic sub stella aquarij nascitur vbi piscator omnimode non habeturdicunt etiam q̄ sub sig no libre nascuntur trapesite futuri sunt. In multis autem locis sub libra mixti nascūtur vbi trapezite penitus ignorantur. Aug⁹. etiā li. v.ō ciui. dei. c. vi. dicit se nouisse gemios diuersi sexus. quia trapezitas masculus alia femina quibus diuersi erant mores ⁊ ydiotes Et si diceretur q̄ vnus post alium cōceptus fuit. dicit ibi Augusti. Tanta nature vis est vt cū cōcepit femina deinde alterū cōcipere omnino non possit. q̄n necesse est eadē esse in gemi nis momēta cōceptus. ¶ Sz astronomi in hoc cōtradicunt Augusti. dicentes q̄ ipregnatio fieri potest post ipregnatiōnē. Nam Aristo. ix. de aialib⁹ dicit q̄ mulier eodē die cuz viro ⁊ adultero iacuit ⁊ q̄ extroq̄s cōceperit quod quidē per signa dicit fuisse cōprehensum cuz alter similis viro fuerit Alter representaret adultex. Veruntñ has contēciones relinquentes negare non possumus quin et sepissime tam gemini q̄s alij eodem puncto ꝓcipiant. ¶ Tertia ratio ostendens falsam opiniōnē que dicit necessario mores hominū a vi siderum euenire est q̄ repugnat rōni duz superioribꝰ ꝓponit inferiora ⁊ ise implicat ꝓtraria. Est enim hō astris ⁊ quibuscunq̄s celestib⁹ corpibus prestantior ⁊ dignior Vñ scriptū est deutro. iiij. ca. Solē ⁊ lunā ⁊ omia astra celi creauit dñs deꝰ in ministeriuz cūctis gētib⁹ q̄ sub celo sūt Id circo Grego. in omel. ait Vita quippe hoiz solus qui creauit ꝺditor administrat. Nō enim propter stellas homo. sz propt hominē stelle facte sunt. Hec etiam opinio ponit duo cōtraria ponit enim astra veneranda ⁊ obseruandas constellationes. Tunc aut necesse est homini iuenire scōm constellatiōnes aut non. Si non tunc astra nō sūt timenda. Si sic ergo astra non sunt veneranda. Itē aut euenit homini scōm q̄ constellatio in suo ortu exigit. Aut non Si sic ergo frustra sunt constellatiōnes obseruande in actibus cum primo scōm primā ꝓstellationē necessarium sit ei bona vel mala euenire. Si non in prima constellatione ergo pari ratione nec in sequentibus ergo nulle sunt obseruande. Idcirco Aug⁹. li. v. de ciui. dei. c. v. ait. O singularem stulticiam eligitur dies vt ducatur vxor. Credo ꝓpterea quia potest in diem non bonum nisi eligatur incurri ⁊ infeliciter duci. vbi est ergo q̄ nascenti iam sidera decreuerunt. Si aūt dicatur mores hoīm a dispositione sideruz variari dispositiue ⁊ contingēter sic potest haberi veritatem. q̄ nec rationi nec fidei repugnat Planum est enim q̄ dispositio corporis varia multū facit ad variationem effectuum ⁊ morum anime. vt plurimum enim aia complexionem corporis inuitatur. vnō colerici sunt dispositi ad iracūdiā sanguinei ad benignitatē. melācolici ad liuorem. flegmatici ad pigriciam. Hec autem nō sunt necessaria. Anima enim dominatur suo corpori maxime q̄n ē adiuta per gratiā Multos enī videmus colericos māsuetos ⁊ melācolicos benignos. Q̄m igitur virtus corpoꝝ celestium operatur ad mixtionē equalitatem ꝓplexionū hinc ē q̄ percōsequens operatur quodāmō ad qualitatem. moꝝ valde tamen de longinquo. Plus enim facit ad q̄litatem cōplexionis virtus nature inferioris q̄s virtus syderis. Vñ Aug⁹. in solutione cuiusdam questionis li. v de ciui. dei. de duob⁹ geminis q̄ simul infirmabant ⁊ curabant Vnde hoc prouenieba Dagz ꝓmendat rñsionē Ipocratz phi sici q̄s astronimi. Ipocras enim rñdit q̄ erat ꝓpt idētitatē ⁊ similitudinē ꝓplexionis astronomi q̄ erat propter idētitatē ꝓstellationis. Melius enim respōdit Ipocras. q̄ cām magis dedit propriam ⁊ magis propinquā Quare nō valet se excusare peccatores ex influentia celi. Et vt inquit tho. in. ij. cōtra gentiles: Si alique stelle essent causa malox sequeret q̄ essent malefactrice q̄d falsum est. Nā aut essent tales a natura. Et sic dñs q̄ dedit eis talem naturam esz malus. quod impiissimū est dicere Aut essent male a voluntate q̄ haberent malā volūtatē quod simpliciter est falsum cuz nulla aia sint animate.

¶ Quod nō valet excusatio eorum qui dicunt causse peccari foze naturam inclinantem cuz ex parte anime ipsa semper inclinet ad bonum.

¶ Capitulum tertium

Tertia excusatio peccati est nature inclinātis Dicunt enim nonnulli q̄ homo inclinatur ab ipsa natura ⁊ naturaliter ab ipso appetitu sensitiuo ad peccandū. vñ xij. q. i. c. Omis etas ab adolescentia prona est ad malū. Sz hec excusatio minima est. quoniam beatus tho. i. ij. q. x. arti. iij. refert q̄ passio appetitus sensitiui non necessitat ad peccanduz Cū eni in hoie sint due nature s. itellectualis ⁊ sensitiua. q̄n

pars sensitiua totaliter subijcit
rationi. Sicut ꝯtingit i virtuo-
sis. Nūꝗ ecōuerso ratio totali-
ter absorbetur a passione. Ta-
mē remanet aliq̄d rōnis liberū.
Et ſm hoc potest vel totaliter
volūtas rōem repellere vel saltē
se tenere ne passionē sequatur. Vn̄
Gen̄. iiij. c. dicitur. Subter te erit
appetitus tuus ⁊ tu dominabe-
ris illius. vbi glo. Sub te erit
appetitus sensitiuus tuus quia
liberi arbitrij es. Ideo moneo
vt peccatū nō dominetur tibi.
sed tu peccato. Vnde subditur
Et tu dominaberis illius. id ē
dominari debes illi ne ꝓcedas
in actum. Propterea inquit se-
neca ad lucillum. Erras enim
si existimes nobiscum vicia na-
sci. Superuenerūt. ingesta sūt.
Nulli nos vicio natura cōciliat
Nos illa integros ac liberos ge-
nuit. Qualiter vero vnusquisꝗ
liber est ad bene vel male agen-
dum ⁊ nullus cogitur ad pec-
candum aliqua necessitate na-
ture ostendit Valerius lib. vi.
de mutatione morum ⁊ fortu-
ne multis exemplis. Et primo
ipse ait: Multum animis ho-
minū ⁊ fiducie adijcere ⁊ solli-
citudinis detrahere potest mo-
rum ac fortune in claris viris re-
cognita mutatio. Nam cū alio-
rum fortunas spectando ⁊ ex cō-
ditiōe abiecta atꝗ ꝯtēpta emer-

sisse claritate videamus. Quid
ob erit quin ⁊ ipsi meliora d̄ no-
bis semper cogitemus. Dein-
de exempla ad hoc propositum
notabilissima refert. ex quibus
aliqua nos explicabim⁹. ¶ Pri-
mū est de Mālio torquato qui
in iuuentute fuit hebetis igenij
atꝗ obtusi cordis vt domesti-
cis ⁊ reipublice vsibus inutilis
omnino videretur. In processu
vero etatis ad tantam virtutē
deuenit vt patrē suum reū a sen-
tentia ferenda ⁊ periculo subeū-
do liberauerit. In h̄ credo for-
tune nubilo adolescentie ꝯtem-
ptu perfusum quo senectutis de-
cus lucidius imitesceret. Nam
patriā a bello latino pressā spe-
ciosissimo triumpho recreauit.
¶ Scdm exemplum est de sci-
pione africano qui dissolutissi-
me vite fuit in primis adolescē-
tie annis lasciuie ⁊ furori dedi-
tus. Sed moribus in meli⁹ in-
uitatis deuicit carthaginē ⁊ cō-
tinentissime vixit. quē dij imor-
tales nasci voluerunt vt esset in
quo virtus per omnes nūeros
hominibꝫ efficaciter ostēderetur
¶ Tertiū exemplū est de quin-
to fabio qui in adolescentia fu-
it ita viciosus ⁊ infamis vt om-
nes vitarent eius ꝯsortiū. Sed
postea in tantam gratiam ⁊ vir-
tutem deuenit vt nihil eodē se-
ne ornatius aut speciosius illo

ꝓpe ciuitas romana habuerit.
¶ Quartū exemplū ē d̄ valerio
flacco q̄ tpe scd̄i belli punici ha-
buit adolescentiā ꝑditissimā i
luxuria ⁊ alijs vicijs. Paulus
aūt licini⁹ vt eū vicijs dimoue-
ret fecit eū flammē. i. sacerdotē
vt seruiret in tēplo deoꝝ. Qui
floruit tāta religione vt quātū
prius fuerat exemplū viciorum
tm̄ postea fuerit modestie ⁊ san-
ctitatis speculū ¶ Quintū exē-
plū ē de quinto catulo q̄ in ado-
lescētia sua fuit effeminat⁹ ener-
uis. dedit⁹ oibꝫ delicijs ⁊ ludis
⁊ omni generi voluptatū. Sꝫ
ꝓcedēte etate in maximo claris-
simoꝝ viroꝝ ꝓuectu excelsū gra-
dū obtinuit. fact⁹ senator ⁊ dux
belli maximas victorias habu-
it. Sunt ⁊ alia ibidē exēpla vt
palemonis ⁊ themistoclis. que
nos posuim⁹ in primo sermone
quadragesimalis de penitētia.
Idcirco solon philosoph⁹ pru-
dētissime dixit neminem dum
adhuc viueret dici debere mise-
rū aut beatū. q2 ad vltimū vsꝗ
fati diē ancipiti fortune subiecti
essemus ⁊ modū assidue muta-
tioni. Nulla igitur est sufficiēs ex-
cusatio peti q̄d in ꝑtātis nostre
arbitrio ē ⁊ ꝯmittere ⁊ de ꝯmis-
so facere pn̄iam. Et vt Cicero
in philippicis dixit. Cuiusuis
hominis est errare. Sed non ni-
si insipientis in errato perseue-

rare. Imponamus ergo pecca-
tis finem. vt sic vitam mutan-
tes in melius. effugiamus eter-
nas penas. A quibus nos libe-
ret iesus xp̄s qui cū p̄re ⁊ spiri-
tuscto viuit ⁊ regnat in secula
seculorum Amen.
¶ Feria sexta prime ebdoma-
de in quadragesima de excusa-
tione peccati qua se tueri qui-
dam putant ⁊ ipsa consuetudi-
ne ⁊ de mysterijs ꝯsuetudinis:
¶ Sermo sextus.

Dictum est an-
tiquis. Diliges ꝓ-
ximū tuum ⁊ odio
habebis inimicum
tuū. verba sunt re-
demptoris nostri originaliter.
Mathei. v. c. ⁊ in euāgelio ho-
dierno. Inueteratā antiquorū
doctrinā de inimicis odiendis
velut impiā ⁊ caritati ꝯtrariā
dominus iesus christus i lectio-
ne euangelica reprobauit. Nul-
lum equidem peccatum excusa-
re potest diuturna consuetudo.
Quia vero sunt nonnulli qui i
sua malicia obstinati dū redar-
guuntur vt corrigantur respon-
dere solent eorum peccata non
grauiter ponderanda. q̄ et pec-
cantium multitudine et longa
peccandi consuetudine excusa-
bilia videri possunt. Ideo i pre-
senti sermone de consuetudine
ipsa peccandi dicemus osten-

demusq; ꝑ grauiter errant hi qui peccatis veteriꝫ addẽtes noua putant se scuto ꝯsuetudinis posse defendi. Pro quo rõ declaratione tria mysteria ꝓponimus cõtemplanda.

¶ Primũ dr aggrauationis.
¶ Secundũ reprobationis.
¶ Tertiũ obseruationis.
¶ Nõ ꝯsuetudo peccandi auget peccatũ nõ excusat. r qualiter mala ꝯsuetudo inducit i aia facilitatẽ ad peccandum. difficultatẽ ad pniam. r obligationẽ ad patiendũ.

Capitulum primũ

Primũ mysteriũ contemplandũ de consuetudine dr aggrauationis. In quo sciendũ est q; consuetudo que ẽ ꝓtra legẽ diuinaz vel naturalẽ nõ minuit pcm̃ nec excusat sed auget. sicut probat. xxiij. q. i. c. scisma. Jõ scribit extra de ꝯsue. c. Cũ tanto. Tanto sunt grauiora peccata quãto diutius infelicẽ aiaz detinent alligatã. Et extra de ꝯsue. c. i. in textu. r glo. põitur q; cõsuetudo grauis ecclesie et onerosa ẽ extirpãda. r di. viij c. Vbi. dr. Vbi consuetudo nõ minus q; pernitiosa corruptela vitanda est. r eadẽ distinctione. c. ꝯsuetudo. Cypianus. ait. Consuetudo sine veritate: vetustas erroris est. Et eadem dis. viij. c. sequenti scribitur. neq; hominis consuetudinez sequi oportet. sed dei veritatem. r in autẽtica. Vt nulli iudicum liceat hr. .i. collat. ix. dicitur. Vbi consuetudines adinuente nullo tẽpore cõfirmantur. ¶ Confirmantur hec omnia. ff. de penis. l. capitulum. §. solent. C. de episco. audi. l. nemo. extra de que fi. a ma. par. capi. c. cum in cũctis extra de vsu pallij. c. ex tuarũ. extra de officio archi. c. cuz satis. extra de iura. calum. c. cetez. extra de vita r honest. clericoz. c. cũ decorez. extra d̃ statu mona. c. ea que. extra. d̃ consecra. eccle. c. aqua. extra de symo. c. intantum. nec tantuz reprobata est tanquam iniq; cõsuetudo que est contra legẽ naturalem r diuinam. sed etiam que est contra quamcunq; legem humanam rationabilem Ideo extra de cõsue. c. ad nostram dr. Consuetudo que canonicis obuiat infinitis nullius debet esse momenti. ¶ Dz contra hoc arguit ex dcõ gregorij. dis. viij. c. demq;. qui loquens de crapula quam consueuerũt facere laici in carnisꝓrio que peccatum esse dicit. nec a tali consuetudine amoueri possunt. Et ideo cum venia suo ingenio relinq;ndi sũt

ne forte peiores existant si a tali consuetudine ꝓhiberentur. Ad quod respondet glo. ibidem. Nõ relinquentur cũ venia. s. pene temporalis. ita qd̃ non vult dicere Gregorius q; consuetudo excuset illos a peccato. sed q; non debet tolli talis consuetudo per penas temporales quando timetur maius inde scandalum ꝓuenire.

¶ Notandum tamen q; aliqñ quis peccat ex ignorantia vel fragilitate faciens id quod cõsueuerunt alij facere circa aliquid. r tunc nõ excusat a mortali si id quod agit fm cõsuetudinem aliozꝫ est contra legẽ diuinam vel naturalem. sz minuitur grauitas eius. puta ds facit aliquem contractuz usurarium credẽs esse licitum. qa illud cõmuniter fit fm patrie consuetudinem. Certum ẽ q; consuetudo illius loci non excusat a mortali. quia cõtra legem dei quam sicut lex humana tollere non potest. Ita nec consuetudo que potius dicenda est abusio. O quot sũt hodie inter christianos consuetudines huiusmodi vitiose atq; corrupte Ex ꝯsuetudine nãq; publice blasfematur deus. fiunt periuria. inuocat diabolꝰ exercent usure vanitates multũ augentur r pompe. cõmittuntur fraudes in qualibet arte. r fetida vicia luxurie perpetrantur sine rubore ¶ Sz aduertant peccantes ex consuetudine q; hec tyrannis iniq; tria mala in aia facit.

¶ Primũ facilitas ad peccãdũ
¶ Secũz difficultas ad pientendũ ¶ Tertiũ obligatio ad patiendũ. ¶ Primũ malũ est facilitas ad peccandũ. naz ad qd̃ peccatũ a ꝓncipio inducit aia cum difficultate ad illud ꝓpter consuetudinem non solum trahitur cum facilitate sz etiam cũ delectatione vt posuimus in quadragesimali de penitentia in sermone de peccato. Ratio est. quia vsus vertitur in naturã. r consuetudo nature assimilatur. r est altera natura. vt inquit Aristo. in libro de memoria r reminiscentia. r in ꝓmo ethicoꝝ. r in. vij ethicoꝝ. r idem confirmat. ff. ad macedo. l. i. r. ff. de libe. et posthu. l. si quis posthumos. l ꝓn. r. ff. de postulando. l. i. Bestias. r. ff. de acqui. re. do. l. naturale: r instituta de rerũ diui. .pauonũ. Hic Hiero. in epistola ad cellantiam ait. Insuauẽ r aspam facit nobis tuã ꝙtutũ longa ꝯsuetudo peccandi. q; si in ptẽ alterã transferat inuenit semita iusticie leuis ¶ Secũm malũ qd̃ inducit

consuetudo mala est difficiltas ad penitendū. Nā facit peccata grandia estimare parua aut minima, Vñ Aug⁹. in enchiridion ait. Peccata q̄buis magna t horrida cū in ꝓsuetudie uenerint. aut parua aut nulla esse creduntur vsq; a deo vt nō solum non occultanda verūetiam predicanda t diffamanda videantur. Q̄m sicut scriptū ē laudatur peccator in desideriis anime sue. Talis iniquitas in scripturis clamor vocatur. vnde q̄ dicitur. Clamor sodomorum t gomorreorum multiplicatus ē nimis. q; non solum iam apud eos non putabantur esse flagitia verum etiam puplice velut lege frequentabantur. Et idez li. musice. Tanta est vis cōsuetudinis vt ea inueterata si falsa opinione est genita nihil sit inimicitius veritati hinc peccatores ceci facti t pōdere graui oppressi penitentiam negligūt. Ex hoc Juuenal' iij. satira ait. Cōsuetudo mali tenet insanabile vulnus. Et Marcialis coqu⁹ Dens assueta malo firmius heret ei. Jsta consuetudo mala figuratur i lazaro fetido t quatriduano ꝑm Aug⁹. de pe. dist. ij. c. Sicut. Quatuor enī mortuos xp̄s suscitauit q̄buis p̄m⁹ non esset plene mortuus sz filius reguli. de quo dicitur Johānis. iiij. c. Incipiebat enim mori. per istum significatur diabolica suggestio t peccati cogitatio cui nisi consentiatur. anima non per hoc totaliter moritur. sed incipit. ¶ Secunda fuit filia archisynagogi de qua Math ix. capi. habetur q; in camera secrete fuerat mortua per quam delectatio cum consensu denotatur. Eo enim quo anima peccato consentit mortua est. Tertius fuit filius vidue. Luce. vii. c. extra portam naim: q̄ significat peccatum iam per opus cōsummatum Quartus fuit lazarus quartiduanus in monumento. Johannis. xi. capi. per quem designat peccatum cōsuetudinis. Jdeo dicitur q; fetidus erat t clamore magno a christo vocatus. Dicit enim ibi Augustinus. Difficile surgit quē mola male consuetudinis premit. Jdeo Jsidorus libro. iii. ō summo bono ait. Peccatuz admittere est in puteum cadere. Consuetudinem vero facere est os putei coangustare ne is qui ceciderit valeat exire ¶ Tertium malum quod facit mala cōsuetudo est obligatio ad patiendū Quanto enim diutius retinentur peccata t quantomag; multiplicantur tanto grauiore pēa

puniuntur peccatores. vnde nō immerito Augustinus li. viii. confessionum dicebat. Ex voluntate quidem peruersa facta est libido Et dum seruitur libidini facta est ꝓsuetudo. Et dum consuetudini non resistitur factus est interitus

¶ Quod multe sunt consuetudines reprobate de quibus fit expressa mentio in iure. Sicut patet in sex consuetudinib⁹ q̄ h̄ loco ponunt dimissis alijs

Capitulum secundum.

Secundum mysteriuz de consuetudine ꝓtemplandum dicitur reprobatio. licet enim omnis cōsuetudo mala sit reprobata tamen in iure specificantur multe consuetudines eijciende Ex quibus aliquas explicemus. ¶ Prima est consuetudo de q̄ habetur in. c. Cum venerabilis. vbi ponitur q; consuetudo cuiusdam loci erat q̄ abbas q̄ immediate erat sub apostolica sede transferebatur ad aliaz abbatiam sin̄ licentia pape q̄ fieri non potest. ¶ Secūda cōsuetudo de qua habetur extra de consuetudine. c. Quando: Quod aliqui simplices sacerdotes ad defectum episcopoz̄ crismabant in fonte. Tales enim nihil conferebant. ¶ Tertia est consuetudo contra obedientiam supradicto capitulo Cum venerabilis. Quarta est consuetudo contra libertatem ecclesie extra de electiōe. c. Cum terra. t. c. Sacrasancta ¶ Quinta est consuetudo exigendi pedagia t gabellas a clericis t religiosis hec reprobat. c Quāq̄ de censi. li. vi. Jbi enī sic dicitur. Quod si vniuersitas vel singularis persona ecclesias vel ecclesiasticas personas compelleret soluere pedagia vel guidagia vel exactōes pro rebus suis quas causa negociationis non deferunt vel p personis singulares exēmunicati sunt t vniuersitas interdicta. Nec prodest contraria cōsuetudo. t diocesani quib⁹ constat aliquos has sententias incidisse illos publicare debent: t illas sententias facere obseruari. ¶ Et nota hic primo q; res clericoz̄ eodem priuilegio gaudent quo res ecclesiarum quantum ad istud. ¶ Secundo q; ille dicitur negociator qui rem emit vt integraz t imutatā lucret vēdendo Sed q̄ rē emit t materia sibi sit sibi aliquid inde operandi puta ex ferro clauos et alia artificiata

ille non est negociator. ¶ Ter/tio nota q̄ si clerici deferant vel deferri faciant res causa merci/monie ac īmunitate nō gaudēt ꝛ sic est argumentū contra em/ptores redditum clericorū qui volunt in his gaudere īmunita/te illa qua ꝛ clerici. vt sez nō sol uāt guidagia ꝛ pedagia de em/ptis a clericis. ¶ Quarto nota q̄ illud quod dic dicitur de pe/dagijs scōm Franciscum deza barellis locum habet in gabel/lis ꝛ datijs que leuantur in ci/uitatibus lombardie. quia idez iuris da ipsis argumentuz. xliij q. iij. capi. Putant. capitu. Ple/rīq. extra de penis. capi. Quā/to. Et ex hoc videtur q̄ tota ita lia est interdicta ꝛ maxime ciui uitas florentina. Sexta est con suetudo exigendi vel ꝑpacisc̄di aliquid temporale pro spiritua libus. vt pro ingressu monaste/rij vel sacramenti. extra de simo nia. c. Quīn simoniaca. Sz hic oritur vnū dubiū vtrum sit licī tum sacerdoti recipere pecuniaz pro exequijs. ꝛ videtur q̄ non. per ea que notantur extra de se/pul. c. Abolende. ꝛ extra de si/monia. c. Non satis. c. Luz in ecclesie corpore. ꝛ. xiij questione ij. capi. In ecclesiastico. | Sed glosa in capitulo. Tuā nobis. extra de simonia. dicit q̄ si sacer dos pauper est potest recipere. vt prima questione prima capi tulo. Judices. et tamen gra/tis dicitur celebrare. Sicut te/stis qui recipit sumptus. et ta/men gratis dicitur testificari. quarta questione tertia ca pitu lo. Venturus. ꝛ episcopus reci pit procurationem pro cōsecra/tione. ꝛ iudex gratis iudicat ta men recipit sumptus. ff. de offi cio presidis. l. Plebiscita. ꝛ ō vi ta ꝛ honestate clericorum capi tulo cum ab omni. Nec est in/conueniens q̄ clericus locet o/peras suas cum non habeat vn de viuat. xci. distinctione capi/tulo primo et tertio. Sed sacer dos qui ex offecio suo ad hoc te netur. ꝛ qui habet vicium suuz suis sumptibus tenetur spiritu alia ministrare. de consecratio/ne distinctione prima capitulo Sufficiat. ꝛ tamen si consuetu do est q̄ aliquid detur in exequi is mortuorum ꝛ consimilibus. licet sacerdoti non detur actio ad hoc petendum. Tamen co/gi potest populus ad obseruan dam honestam consuetudinez extra de simonia. capitulo Ad apostolicam.. Consuetudo eni attenditur in recipiendis mu/neribus circa spiritualia. argu/mentum prima questione ter/tio. capitulo. Quesitum. lxiij. distinctione. capitulo. Agatho sa. ix. questione tertia. capi. Cō

questus. ꝛ in auten. de sanctis. episco. §. pro consuetudinibus Concordat his glo. in capitu lo Abolēde. extra de sepulturis ¶ Quod consuetudo rationa/bilis que non est contra aliquā legem diuinam vel humanam obseruanda, est tam generalis q̄ specialis.

Capitulum tertium

Certum mysterium cō templandum de cōsue tudine dicitur obserua tio. Consuetudo enim que nō est contra aliquam legem diui nam vel humanam ꝛ habet in se aliquam rationem boni ob/seruanda est. Si generalis est generaliter. Si particularis in aliquo loco particulariter Un/de Augustinus ad casulanuz. xi. distinctiōne. capitulo In his ait. Instituta maiorum pro le/ge tenenenda sunt Et sicut pre uaricatores legum diuinarum ita contentores. consuetudinū ecclesiasticarum cohercēdi sunt Et Isidorus libro. v. ethicorū distinctiōe prima. capitulo Cō suetudo est. quoddam ius mo ribus institutum quod pro le/ge suscipitur cum deficit lex. vn de virgo beata voluit suare lau dabilem consuetudinē iudeorū rum que erat q̄ in festis trent ad templum in hierusalem etiā mulieres. lex q̄ppe hoc man dabat masculus dicens i Exo do. Ter in anno apparebit om ne masculinum in ꝑspectu meo Sed tamen etiā mulieres ibāt non ex lege sed de more. Ideo Luce. ij. c. dicitur. Cū factus esset iesus annoꝝ duodeciz asce dentibus illis hierosolimā secū/dū consuetudinem diei festi. Propterea Augusti. disti. viij. c. Frustra ait. Hoc plane veruz est quia ratio ꝛ veritas semper cōsuetudini preponenda est. Quod si consuetudini ratō suf fragatur nihil oportet firmi9 re tinere. Est de hoc exemplū. xij. di. c. Illa de matre sancti Au/gusti. consulente Ambrosiū de ieiunio sabbati. Et ad idem fa/cit. c. Ecclesiasticarum. xi. disti. Agere igitur contra consuetu/dinem ecclesie generalem pecca tum est. Unde dicit Guillerm9 Quod dicendo missam añ ma tutinas est peccatum mortale. quia hoc est contra consuetudi nem ecclesie generalem. Nā alt os per legem scriptam non inue nitur ordinatum. Ita etiam fa cere contra consuetudinem par ticularem alicuius ecclesiē pec catum morantibus in illo loco vnde qui conficeret in azimis i ecclesia grecorum peccaret mor taliter faciendo contra cōsuetu

vinē eccle oziētalis. ꝛ silr. q̄ in ecclesia latina ꝓficeret i fermē tato grauiꝰ peccaret q̄uis vter q̄ ꝓficeret ꝑm Tho. in. iiij. sic i italia i sabbo abstinerꝫ ab esu carniū ꝛ q̄ tali die sine cā rōabili cōederet carnes: peccaret mortalr. i cathalonia ꝯo vbi nō ē talis ꝓsuetudo nō peccāt in sabbato comedētes carnes Idē dicendū ō abstinentia a lacticiniꝭ ꝛ ouis ꝛ caseo i aliis ieuniꝭ a quadragesima q̄ vnusq̄sq̄ seruare tenerꝫ p̄rie cō suetudinē: Sic etiā ieunia q̄ sūt ex generali ꝓsuetudie eccle sie obligāt sicut ea q̄ sūt in p̄ce pto ex statuto ecclesie. vt vigi lia sancti Johīs baptiste oiuz scōꝝ ꝛ beati Laurētij ꝑm Inno. Sic etiā vbi in aliq̄ ciuita te est cōsuetudo seruare aliq̄ festū lz nō sit ab ecclesia statu tū debet seruari vt festū ¶ Notandū tn̄ q̄ ꝑm Archi. sup̄ ca. Consuetudinis. di. xi. Q̄n cō suetudo obuiat oī iuri tūc in distincte succūbit cōsuetudo. Sed vbi ꝓcordat cōsuetudo seu tollerat ab aliquo iure licz aliꝭ iuribꝫ videat ꝓria: tūc cō suetudo vincit ꝛ tollit legē scri ptā. ꝗa multa fieri nō debent facta tn̄ remanēt. extra ō regu laribꝫ. c. ad aplicā. ꝛ. ij. q. vi. c Biduū. Et ꝑm hoc cauz ōz q̄ cōsuetudo nō est rationabilis seu nō valet que obuiat cano nicis institutis videtur intel ligendū q̄n obuiat oibꝫ statu t. s. nā si obuiat alicui ꝛ p alī ud tolerat nō erit irrōnabilis per hoc solū. ꝑbi gra. Statu tū est extra de vita ꝛ hone. cle. c. q̄m. Ō bona clericoꝝ de beant venire in cōi ꝛ i vna do mo debeant vesci et dormire sub vno tecto. vt etiā ponitur xxxij. di. c. p̄ter hec. ꝛ de conse. dis. v. In oibꝫ. ꝛ xxij. q. i. c. ne cessaria. Glo. tn̄ in dis. c. quo niam. dicit. q̄ derogat huic iu ri per ꝓtrariā consuetudinem quantū ad clericos seculares q̄uis papa scit ꝛ tolerat. Idē de conse. di. iij. c. rogatiōes. ꝛ ca. Pronunciandū mandat ꝑ uari dies rogationū ꝛ quo ad ie iuniū ꝛ quo ad cessationez ab operibꝫ. ꝛ tn̄ vbiq̄ fit cōtrariū Nec aliquis dicit q̄ peccent fi deles dies illos non seruādo Et q̄ abrogat ꝑ contrariā cō suetudinē que p̄scripta est Et etiam videt rōabilis ꝓp̄t ie iunia multiplicata ab ecclesia ꝛ ꝓp̄t festa ꝛ fideles paꝝ deuo tioni se dant ꝛin festo ꝛ vix la borando viuere p̄nt pauper. Idem dicendum de tota heb domada pasche que ponit ce lebranda in. c. Pronūciandū Idem de ieunio quadragesi me qđ fuit statutū ab ecclesia inchoari a clericis. i. dis. Post q̄nquagesimā. di. iij. c. Sta tuimus. ꝛ tn̄ nō obseruatur a clericis. ꝛ hoc q̄ abrogatū est per ꝓtrariā consuetudinem. Quāuis g̃ ista ꝛ similia obui ent statutis canonicis aliq̄ bus. tn̄ nō oibꝫ obuiāt sed ab aliquo tolerant vt a decretali extra de ꝓsuetudine. c. vl. que vult q̄ vincat etiā legē cano nicā cū est rōnabilis ꝛ p̄scrip ta. ideo valent ꝛ sine p̄iudicio seruari p̄n t. Hic tamē magna diligentia est adhibenda i iu dicando vt nō apiatur de fa cili via transgressionis ordi nationū ecclesiasticaꝝ. Nec ēt ꝓdemnet q̄s leuiter de morta li in huiusmōi ꝓsuetudinū ob seruatiōe. sicut est de festo In nocentū. sancti siluestri. ꝛ hu iusmodi q̄ abierūt in dissuetu dinē. vbi tn̄ seruant oīno cu stodienda sūt q̄ ab ecclesia in stituta. Silr de ꝓsuetudine q̄ est in multis locis q̄ in sabba tis ꝛ in vigiliꝭ magnaꝝ solē nitatū hoies laborent vel ven dant vsq̄ in tertiā horam no ctis. vt barbitonsores plus fa cientes exercitij die illa q̄ to ta hebdomada. Et videt posse tollerari cū quasi in recōpē sationē huius nō laborent in sero festi vsq̄ ad mediā noctē quod tn̄ de iure possent. quia de vespera ad vesperam idest sero mandatur celebrari. in. c. Pronunciandū ¶ Sed nul lo modo tollerari debent nec excusant a peccato puelle que annos pubertatis attigerunt si non communicant aut non audiunt missam propter ma lam consuetudinem. Similiter ꝛ clerici facientes ꝓtra de centiam status clericalis. ꝛ re ligiosi transgressores regule et statutorum ordinis. ꝛ omnes alij quoruz grandis est numerus qui consuetudine putant posse sua peccata tueri ¶ O si mihi facilitas deꝰ vt vox mea per omnem italiam audiri. va leret. clamarem vtiq̄ vhe vhe nobis miseris nos sumꝰ in q̄s fines seculoꝝ deueniūt ita vt oia corruptionibꝫ ipleta ēe vi deamꝰ: nō ꝑfuerūt p̄dicantiū tube. nō sanctoꝝ viroꝝ mira cula. non terrores de celo ꝛ fla gella dei. nō seue vbiq̄ pestilē tie ad extirpanda pcā blasse mie. vsuraꝝ. vanitatū. partia litatū. iniusticie. sacrilegioruz. adulterioꝝ. ꝛ sodomie. ambiti onis. ꝛ pstrationis diuini cul tus ꝓpter consuetudinem. sed aduertāt populi ea que dicta sunt. ꝛ timeant ne pseuerātes i malicia sua irritēt patrē om niū deū. q̄ est bñdictꝰ ꝛ lauda bilis in secula. amen.

Sabbato ꝑme hebdomade. De grauitate peccati. Et quomodo vnū peccatū ē alio grauiꝰ rōne ꝓsone ꝛ obiecti vt nocumenti. Sermo septimꝰ

QUAT enim ventus ꝛtrarius eis. scribūtur hec ꝓba Marci vi. c. ꝛ in euangelio hodierno. Sicut vehementia venti impediebantur discipuli dñi iesu xꝑi ne ꝓspa nauigatione ad portū tutū possent attingere. Ita mortales miseri peccatoꝝ turbine retardantur ne valeant ad regnuꝫ ꝓperare celoꝝ. Et lz plericꝫ ꝓpter ea q̄ dicta sunt in p̄cedentibus iaꝫ acceptēt mortalia peccata dānosa foze. verūtamē in hoc erroze deuenire solent vt oīa peccata stoicoꝝ moze paria ee cōfirment: sic ꝛ futuras inferni penas equales peccantiby oibus p̄paratas. Contra q̄s est auctoritas domini ꝛ saluatoris nostri qui Johānis. xix. c. dixit pilato. Qui me tradidit tibi maius pctm̄ habet. In q̄ vnū verbū supponit. s. q̄ pilatus peccauit. ꝛ aliud a xp̄o exꝓmitur q̄. s. ille q̄ tradidit maius peccatū habuit nam comparatiuū semp p̄supponit positiuū. Peccatū ergo alioꝝ cōtra xp̄m grauius fuit peccato pilati. nam iudas peccauit ex cupiditate. ꝓncipes sacerdotū peccauerūt ex inuidia. Pilatꝰ ꝯo ex humano timoze qđ fuit minus peccatis illoꝝ. Hiero. etiam. xxiiij. q. i. c. nō afferamꝰ ait. Quis dubitat sceleratius esse cōmissum quod grauiꝰ est punitum. ꝛ. xxxiij. q. ij. c. si qđ verius ðz homicidiū est grauius q̄ adulterium. ꝛ. xvij. q. iiij. c. sicut. ðz q̄ sacrilegium ē grauius q̄ fornicatio. ꝛ. xxxij. q. vij. c. adulteriꝫ. malū poni grauitas peccatoꝝ eiusdez generis luxurie Quemadmodū ergo vna infirmitas est grauior altera. sic ꝛ vnū peccatū altero. Cōparat nanq̄ peccatū infirmitati. vnde in ps. Miserere mei dñe qm̄ infirmus sū Seneca etiā ꝛ Tullius vitia appellant egritudines. Idcir eo vt ois falsitas ꝓcul abiciatur a cordibus hominū. In p̄senti sermone de peccatoꝝ grauitate dicemus. Et q̄us diuersis respectibus vnū peccatum alio sit grauius. nos tam̄ tres eligemus ex multis.

Primus ðz ꝓsone.

Secundus obiecti.

Tertius nocumenti.

Quod grauius peccant eodem genere pcti docti q̄s indocti ꝛ superiores q̄s inferiores. et illi etiā qui peccant cū magis

ūn ꝓba volūtate. La. ꝓmū

PRimꝰ respectꝰ q̄ vnū pctm̄ ðz grauius alio ē ꝓsone peccātis. vna enim persona potest grauius peccare q̄s altera etiā in eodez genere mali triplici rōne.

Primo rōne claritatis.

Scdo rōne dignitatis.

Tertio rōne volūtatis.

Primo vna ꝓsona peccat grauius q̄s altera rōne claritatis. Grauiꝰ nanq̄ peccat doctus q̄ plura cognoscit ad salutē spectantia q̄s indoctus. et litteratus q̄s idiota. qm̄ vt inquit Tho. ꝓma scde q. lxxiij. ꝓpter maiorē facilitatē quam habet in resistēdo põt faciliꝰ peccatū declinare. ideo saluator noster Luce. xij. c. ait. Seruus sciens voluntatē dñi sui: ꝛ non faciens vapulabit plagis multis. Ubi Chrisо. ait. Nō silr in omnib oīa iudicāt Sed maioꝝ cognitio fit maioris pene materia. hec ille. Nolent ꝓba Chrisо. viri docti et p̄cipue in sacris litteris exercitati. Scdo vna ꝓsona peccat grauius q̄s alia ratione dignitatis. ꝛ huiusmodi sūt domini prelati religiosi ꝛ sacerdotes. Hinc Hieronymus sup Ezechielem inquit. Grandis dignitas sacerdotuꝫ. sed grandi ruina si peccāt. Ideamur ad ascensum. sed timeamꝰ ad lapsum. Non est tanti gaudij ex celsa tenuisse quāti meroris de sublimioribus corruisse. Nec enim pro solis delictis nostris reddere debemus rationez. sz pro omnibus quoꝝ abutimur donis. ꝛ nequaq̄ sumus de eoꝝ salute soliciti. ꝛ idez ad Heliodorum de vita Nepociani. In te omnium oculi diriguntur. domus tua ꝛ conuersatio tua quasi i specula cōstituta magistra discipline. qđ feceris id sibi omnes faciēduz putant. Caue ne committas quod aut qui reprehēdere volunt digne lacerasse videātur. aut qui imitari cogantur relinquere. Et extra de iureiurando. c. Cum quidam. dicitur. q̄ episcopi transgredientes iuramentum grauius iudicādi sunt. quanto maiori p̄eminēt dignitate. vbi glosa. patet q̄ dignitas delinquentis aggrauat peccatum. sicut etiam probatur. xl. di. c. Homo christianus. ꝛ l. dis. c. Quod tua. Et xix. dis. c. Nulli. ꝛ. xi. q. iij. c. p̄cipue. ꝛ. xxxij. q. v. c. Qui viderit. extra de here. c. Excōmunicamus. extra de homi. ca. si cui dignum. O quantū est execrandum peccatum maioruꝫ in quo non solum illoꝝ ingratitudo reprehenditur: verum

etiam malum exemplum quo ceteri inferiores corrumpunt: condemnantur. Inquit enim Aristo. i. ethicorum. Multi quidem omnino bestiales videntur esse secundum vitā eligentes. Adipiscuntur autem rationem. quia multi ex his q̄ sunt in potestate constituti patiuntur similia sardanapallo. Hic sardanapallus vt Justinus refert li. i. fuit vltimus rex assyriorum omni muliere corruptior. mollicie corporis ⁊ lasciuia oculorum omnes feminas antecellēs. Dicit ergo Aristo. q̄ multi potentes ipsius sequūtur quorum exemplo subiti vitio si fiunt Dimissis autem antiquorum exemplis. videmus per experientiam q̄ quales sunt superiores: tales vt in pluribus solēt esse inferiores. ⁊ precipue que eis familiaritate iunguntur Sed de ipsis particularia nō licet loqui. quorum peccata impunita virtus vocantur. Juxta illud Sen. in tragedijs. Prosperum ac felix scelus. virtus vocatur. ¶ Tertio vna persona peccat grauius q̄ alia ratione voluntatis. nā voluntas cōparat ad actum peccati sicut arbor ad fructū vt dr in glo. sup illo ꝓbo Matthei. vij. c. Nō pōt arbor bona fructus malos facere. ideo quāto voluntas fuerit ardentior ad peccandum tanto hō grauius peccat. Et sic grauius peccat q̄ sine vlla aut pua tentatiōe peccat q̄ ille q̄ ipportunis ⁊ diuersis tentatiōibus supat. Insup quāto actus voluntatis est magis inordinatus tāto grauius ē pctm. magis est aūt actus voluntatis inordinatus cū pctō operatur q̄ solū mentis ꝓsensu. ¶ Notādū tm hoc loco ꝑm bonauē. ⁊ tho. in. ij. dis. xlij. q̄ cum voluntas ⁊ opus peccati sunt separata vtputa ꝑm aliud ⁊ aliud tps sūt diuersa pctā. qr diuersę auersiones ⁊ ꝙuersiones. vt si qs hns voluntatē deliberatā ad fornicandū ⁊ hmodi diuertit p tunc ad alia dimittēs exeq̄ illam voluntatē. Inde ad horam opportunitate se ingerēte fornicat ope sic sūt diuersa peccata. Sed si voluntas ⁊ opus sint ꝙiuncta vt cā ⁊ effectus. sic sūt vnū peccatū formaliter ꝛ plura materialiter. qr est vna rō deordinādi. ꝛ sint plura deordinata. Grauius tm ē peccatū voluntate ⁊ actu exteriore cōmissū q̄ sola voluntate. nā ipse actus exterior cōiter adauget voluntatē in malis opibus sicut ⁊ in bonis ¶ Qō culpa tanto est grauior. quāto ps ona ꝙ quam peccat ē dignior. ⁊ sic peccat in deū. i. primū. ⁊ in seipm. Ca. ij.

Secūdus respectus quo vnū peccatū dr grauius altero ē obiecti. et sic quāto ps̄ona q̄ in pctō offendit ē dignior: tāto culpa grauior. sicut ꝓz extra de sen. excō mu. c. Cuz illor. in textu ⁊ in glo. ⁊ instituta de iniurijs. §. Atror. ff. de re mili. l. oē delictū. §. quimanus. ⁊ xxij. q. ij. c. Gloria. ⁊ xxij. q. ij. c. mouet. ⁊ xxvij. q. i. c. nuptiarum. Hoc aūt mō pōt hō peccare tripliciter.

¶ Primo in deum.

¶ Secundo in primum.

¶ Tertio in seipsum.

Hec autē distinctio peccati ponit ab Isidoro in li. de sūmo bono. ⁊ a Magistro in. ij. di. xlij. Et notandū ꝑm Thomā ꝓme scdē. q̄ ista diuisio sumitur ꝑm id in quod directe peccatur ⁊ ꝓncipaliter non cōsequenter. verbi grā. cum q̄s facit homicidiū ⁊ furtū ⁊ similia. iste ꝓncipaliter peccat in primū eū ledendo. Ex ꝙsequenti peccat i deū: qr mādata eius transgredit. ⁊ in seipsū. quia p peccatū ledit animā suā: Similiter qui peccat in seipsū vt in gula. luxuria. ⁊ hmodi directe ⁊ ꝓncipaliter peccat in se ex consequenti in deū ꝓtra eius mandata faciendo. ⁊ sic q̄ peccat in deum: ex conseq̄nti peccat in se ipsum priuando se lumine gratie ⁊ virtutibus. ⁊ in proximum aliquando per malum exemplum ⁊ vel alio modo. Primo igitur homo peccat i deum cum de deo male sentit vt hereticus. vel que dei sunt vsurpare presumit vtendo indigne sacramentis vel quādo dei nomen ꝑiurando vel blasfemando contēnit Et hec peccata que sunt directe cōtra deum sunt ceteris grauiora quibus hodie plenus est mundus Et quia inueterata sunt ⁊ publica ⁊ in maxima multitudine non estimantur. pro quibus dicitur in. c. Vlergentis: extra de hereticis. Longe grauius est eternam q̄s temporalem ledere maiestatem. ¶ Secūdo peccat quis in seipsum cum sibi soli nocet ⁊ nō alteri. vt in peccato gule vel mollicie vel accidie vel īanis gliet hmōi Et ꝛ nō sit ita q̄ sic peccare imediate contra deū. tm q̄ est q̄s peccare contra primus Sicut grauius peccat qui occidit seipsum q̄s qui occidit alium. Nā vt scribitur Ecclesiastici. xiij. c. Qui sibi nequat cui bonus erit. ¶ Tertio peccat q̄s in primū. ⁊ sic aliquando quis peccat ꝓtra personas ꝙiunctas. s. parētes. filios vxores. viros fratres. dū vel illis iniuriat. vel nō subuenit eorū

indigentijs. ⁊ hoc graue ē peccatū. Nā vt ait Aug. li. primo de doctrina xp̄iana. Cū oibus subuentrē nō possis his potissime ꝓsulendū ē qui tibi quadā sorte iungit. Aliqñ quis peccat ꝓtra illos a quib⁹ beneficia recepit. Aliqñ ꝓtra psonas graues. Et vt habek extra de testibus ⁊ attestationib⁹ ī glo. in. c. Licet. Persone graues non appellātur illi q̄ sunt in dignitate ꝓstituti. qz aliud ē dignitas q̄ grauitas. iij. q. iij. c. Itē in criminali. ysiculo. In secūda lege Sed graues dicunk hi qui nō sunt leues sed bone fame ⁊ opinionis ⁊ antiquitatis. Aliqñ quis peccat ꝓtra psōas dignas clericos. sacerdotes. ⁊ religiosos ac prelatos cuz falsis ac temerariis iudicijs ac detractionibus venenosis. Aliqñ quis peccat ꝓtra proximos miserabiles afflictos affligēdo. Ō prohibetur extra ō clerico egrotāte. c ex parte. vbi dicit. Afflicto nō est addēda afflictio. Jō propheta in psal. ait. Tibi derelictus ē paup ⁊ orphano tu eris adiutor.

¶ Quod vnū peccatū est altero grauius ratione nocumenti ⁊ qualiter nocumētū se potest hr̄e ad petm̄ triplicit. Ca. iij.

Tertius respectus quo vnū peccatum est grauius altero dicitur nocumenti quando scilicet ex vno peccato sequitur maius nocumentū q̄ ex alio. Sed ꝑm tho. prima ij. q. lxxiij. vbi supra. Nocumētum triplicit̄ se potest habere ad peccatum. Quandoq̄ enim nocumentum illum est preuisum ⁊ intentum. Sicut cū aliquis aliquid operatur animo nocendi alii. vt homicida vel fur. Et tunc directe quantitas voluntatis adauget quantitatem peccati. Quandoq̄ vero nocumentum est preuisum sed non intentum. Sicut cum aliquis transiens ꝑ agrū vt ꝓcautius ⁊ breuius vadat ad formicandum infert nocumentum his que sunt seminata in agro scienter licet non animo nocendi. Et sic etiam quantitas nocumenti aggrauat peccatum. sed indirecte in q̄tum scz ex voluntate multum inclinata ad peccandum procedit q̄ aliquis non pretermittit facere dānuz sibi vel aliis quod simplicit̄ non vellet. Quandoq̄ enim nocumentum non est intentū nec est preuisum. Et tunc si per accidens se habeat ad peccatum non aggrauat peccatum directe sed propter negligentiā considerandi nocumēta q̄ ꝓsequi possent imputantur homini ad penā mala q̄ veniūt ꝓter eius intentionē si dabat operā rei illicite vñ si quis solicidaretur aliquo ludo periculoso ex quo sequit̄ mors vel inutilatō q̄uis illud malū non sit intentum. Tñ qz voluit illū luduz vñ nocumentū est ei imputat̄. ⁊ quo ad peccatū ⁊ quo ad irregularitatē ⁊ quo ad penam iudicialē. Similit̄ si cecus sagittā vel lapidē iaceret ei imputaretur. qz dat operam rei illicite vñ ⁊ lamech qñ sagitta occidit cayn existimās eū feram siluestram nō hoiem quia cec⁹ erat sed a puero quez secū ducebat vt fera iudicatus fuit nō excusatur a peccato. Si vero nocumentum per se sequitur ex actu peccati. licet non sit intentum nec preuisum directe peccatuz aggrauat. Quia quecunq̄ p se sequuntur ad peccatum pertinent quoddāmodo ad ipām speciem peccati. Puta si aliqs publice fornicetur sequitur scādalum plurimorum quod q̄uis ipe non intendat nec forte p̄uideat directe per hoc aggrauatur peccatum. Notandū q̄ q̄uis nocumentum aggrauat peccatum non tamē sequitur q̄ ex solo nocumento peccatum aggrauetur. Quinimmo peccatum per se est grauꝰ propter inordinationem. vnde ipsum nocumentum aggrauat peccatum inq̄tum facit actuz esse magis inordinatum. Quare non sequitur q̄ si nocumentum maxime habeat locū ī peccatis que sunt cōtra proximuz q̄ ista peccata sint grauissima quia multo maior inordinatio inuenitur in peccatis que sunt contra deum ⁊ in quibusdam eorum que sunt ꝓtra seipz. Et tamen potest dici q̄ ⁊ si deo nullus possit nocere quantum ad eius substantiam. potest tamē nocumentum attendi in his q̄ dei sunt sicut extirpando fidez violando sacra. que sunt peccata grauissima. Sibi etiā aliquis quandoq̄ scienter ⁊ violenter infert noeumentum. Sicut patet de his qui seipsos interimunt. licet finaliter hoc referant ad aliquod apparēs bonum. puta ad hoc q̄ liberentur ab aliena angustia. Sunt igit̄ peccata disparia ⁊ vnum altero grauius. Nihilominus omne peccatum mortale periculosum est damnosum ac formidabile. Ideo curandum vt et mortalia maioraq̄ minora vitentur. siue sint peccata operis siue oris siue etiam cogitationis que perpetrantur intrinsecus ⁊ in mente. Qui enim peccare desinit ⁊ bene operari studet. his in presenti diuinā obtinet gratiam ⁊ tandem gloriaz

sempiternam in qua viuit ⁊ regnat deus per infinita scla seculorum Amen.

¶ Dñica prima in.xl. De supbia dñorum ⁊ potẽtum.

¶ Sermo octauus.

OStendit ei

omnia regna mũdi ⁊ gloriam eoꝝ ⁊ dixit ei. ¶ Hec omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Scribuntur hec verba Math. iiij. ca. ⁊ in euãgelio hodierno. Principes terre ⁊ tpales domini vt de xpianis loquar in magna parte in tantam superbiã sunt elati vt quasi diabolum imitãtes terrenã potestatẽ deo relicto sibi v tribusq; ꝓpꝛijs ascribant. Quo fit vt vicia sua incorrigibilia esse velint .que sui familiares ⁊ domestici ne duz vituperare audent. Quimo adulantes laudare coguntur. ¶ Hinc seneca in tragedia dicit. Prosperũ ac felix scelus. sez illoꝝ potentũ ⁊ principantiuz virtus vocatur. Sontibus parent boni. oppꝛimit leges tior. Idcirco cũ de peccatis i pticla ri iam dicendum occurrit statui hodierna die de supbia dominorum ⁊ potentum dicere. ¶ Et vt verbis vtar Hieronimi in epistola ad palmachium ⁊ oceanum. ¶ : Adulari non possumus ne ⁊ frater rem decipiam ⁊ me sermo percutiat salomonis qui ait. Verba adulatoꝝ molia sunt. ⁊ hec ferient inreriora ventris. neq; de secretis ⁊ intimis. sed de illoꝝ patentibus ⁊ manifestis defectibus cum ea qua possumus honestate atq; modestia loq̃mur. Distinguemus autẽ cõsiderandam eorum superbiaz triplici respectu.

¶ Primo respectu dei.

¶ Secõdo respectu eccie.

¶ Tertio respectu proximi

¶ Qualiter supbi dñi contẽnunt deum nõ reputãdo ipsuz superiorẽ. ⁊ trãsgrediẽdo diuina precepta ac dei iudicia vilipẽdo.

¶ Capitulum primum.

PRimo ꝓsiderãda ẽ at ptẽnenda supbia dñorũ ⁊ potentuz respectu dei. Cõtemnunt quippe deuz ⁊ hoc triplici ratione.

¶ Prio rõe extimatõis.

¶ Secõdo rõe trãsgressionis

¶ Tertio rõne vilipẽssionis

¶ Prima ratione extimationis. nam sin tantam electionez animus eorum insurgit vt seipsos deos reputent ⁊ quicquid habent non a deo habere se credant. similes nabuchodonosor regi babilonis. Ille q̃ppe i statua adorari volebat. vt scribitur Danielis. iij. capitu: Et cum sidrach misach. ⁊ abdenago iudei timentes deum sceluscq; horrentes hoc agere nolent cum accusati aducti fuissẽt coram nabuchodonosor dixit eis rex ille superbus post multa verba. Quis est deus qui vos eripiat de manu mea. Sic et domicianus imperator ad hanc prorupit vesaniam vt in ꝓmordijs litterarum se deum et dominum iusserit appellari. vt recitat paulus horosius Incipiebant enim sue littere. Deus et dominus noster domicianus ita mandat ita iubet. Non sic faciebat cyrus rex persarũ qui vt scribitur primi Hesdre. i. c. dicebat cum humilitate. Omnia regna terre tradidit michi dominus deus celi. ¶ Ab ipso enim deo rege reguz et magno super omnes deos est omnis potentia dominandi. omnis principatus omne principiuz ac finis cuiuscunq; imperij vel regni. Quod probatur auctoritatibus ⁊ sententijs firmissimis ¶ Hic Hieronimus sup

per Danielem ait. Non miremur si quando cernimus reges regibus ⁊ regnis regna succedere. que dei ⁊ gubernantur ⁊ mutantur ⁊ finiuntur arbitrio. causasq; singulorum nouit ille qui conditor omnium est. et sepe malos reges patitur suscitari vt mali malos puniat. Et Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo. xxi. Qui dedit persis segetes sine cultu dee segetie quicq; alia dona terrarum sine cultu tot deorum quos isti rebus singulis singulos vel etiam rebus singulis plures preposuerunt ipse etiam regnum dedit hominibus. Qui mario ipse ⁊ gayo cesari. Qui vespasianis vl patri vel filio suauissimis imperatoribus ipse ⁊ crudelissimo domiciano. Et ne per singlos ire necesse sit qui constantino christiano ipse ⁊ apostate iuliano ¶ Et paulus ad Romanos xiij. capitulo Non est potestas nisi a deo que verba ponuntur xxiij. questione prima capitulo Quid culpatur. Propterea dictum fuit nabuchodonosor vt habetur Danielis quarto capitulo. Sciant homines quia dominatur altissimus i regno hominum. scilicet prouidentia sua .et cuicunq; voluerit dabit

illud ꝛ humillimū idest vilissimū constituet sup illud cuꝫ sibi placuerit. Debent itaq; reges seculi firmiter tenere ꝙ ois ꝓncipatus a deo disponit cui nulla ē difficultas dū sibi placet ꝛ mutare ꝛ oīno debere. ¶ Sunt tñ quidā abijcientes nobis ꝙ non ois potentia dñandi sit a deo. Primo ex textu scripture. dr enī Osee. viij. c. Ipsi regnauerūt ꝛ nō ex me. ꝓncipes extiterūt ꝛ non cognoui. ¶ Scdo nihil iniustū est a deo. sed multi dānant iniuste alijs. ergo nō oē dominiū ē a deo. ¶ Tertio nihil ordinatū est a deo. sed cū stultus ꝓficit sapienti ꝛ malus bonis hoē inordinatū. ergo nō videt esse a deo. ¶ Quarto nō est auferendū alicui illud qđ est datū a deo. g̃ si ois supioritas a deo est nulli est auferenda. igit nullus supior quantūcunq; malꝰ erit puniendus. ¶ Respōdet Bonauen. in ij. dis. vl. ꝙ i potentia dñandi duo ꝓsiderant. virtus ꝓsidendi ꝛ hec ē a deo Et motus. ꝛ tūc quidā presumit alijs ex iusticia. Quidam ex astucia. Quidam ex violentia. Primo modo potēcia dominandi est a deo respectu ꝓsidentis ꝛ respectu subiacētis. ¶ Secundo ꝛ tertio modo talis potestas habet comparari ad voluntatem presidentis ꝛ ad meritum subiacētis In cōparatione ad meritum subiacentis talis ꝓsidentia iusta est quia aut est ad bonoꝝ probationem. aut ad malorum punitionem. Si autem comparetur ad voluntatem presidentis: iniusta est. Et ꝓmo modo dicitur esse a deo faciente ꝛ ordinante. iurta illud Job. xxiij. c. Regnare facit hypocritam propter peccata populi. Et Osee. xiij. ca. dicitur. Dabo eis regem in furore meo. ¶ Scdo mō. s. in respectu ad volūtatē ꝓsidētiꝫ ē a deo ꝓmissiue non approbatiue. ꝛ sic excellentia potestatis ē a dō. modus ꝙ non nisi permissiue. q̄ re soluta sunt: triailla in oppositum inducta. ¶ Ad quartū quando ꝙ dicebatur ꝙ si potentia dominandi esset a deo nulli esset auferenda. Respondeti potest ꝙ hoc sequeretur si deus talem potentiam dedisset malis simpliciter. Si autē ad tempus data sit sicut deus vult dare ita vult per ministerium humanum auferre. nam deus dat vitam latroni. ꝛ tamen iudex iuste aufert illaꝫ abeo. ¶ Sed nunquid tenentur subditi obedire tyrannis iniuste dominātibus ꝛ soluere eis tributa ꝛ gabellas. Dicit do

etores ꝙ licet non teneant bonum: tamen est obedire in his que non sunt contra deuꝫ ad vitandum scandalum ꝓximoꝝ ꝛ alioꝝ. ¶ Unde vndecima q̄stione. iij. capitulo Julianus. dicitur. Julianus quāuis eēt apostata: habebat tamen subse milites christianos quibus cum dicebat. producite acies ꝓ defensione reipublice obediebant ei. Cum autem diceret. Producite arma in christianos: cognoscebant imperatorem celi. Habentibus ꝓ iustum dominiū quantūcūq; malis tenent subditi obedire ſ licitis ꝛ honestis. ꝛ collectas ꝛ gabellas legitias soluere. iō Petrus prima sua canonica. ait. Serui subditi estote ī omni timore dominis non tantum bonis ꝛ modestis sed etiam discolis. Et Paulus ad Romanos. xiij. ca. Qui potestati resistit. dei ordinationi resistit ꝛ ipse sibi damnationem acquirit. Ad idem faciunt auctoritates. xi. ꝛ. iij. c Si bonū c. Imperatores. c. Qui resistit ¶ Secundo contemnunt deum principes ꝛ potentes ratione transgressionis propter superbiam enim non putāt se legi dei fore subiectos. Quare ad victa cum quadam licētia ꝛ libertate se precipitant ꝓ cipue ad lasciuiam ꝛ carnalitates. Et nihilominꝰ si sic viciose viuendo non se correxerint damnabuntur cum alijs inimicis dei in ignem eternuꝫ Propterea tales aures debēt attentas exhibere Augstio dicente libro ḡnto de ciuita. dei c. xxiij. Necꝫ enim nos christianos quosdam imperatores: ideo felices dicimus. quia vel diutius imparunt. vel imperantes filios morte placida reliquerunt. vel hostes reipublice domuerunt. vel inimicos ciues aduersus se insurgentes ꝛ cauere ꝛ opprimere potuerunt. ¶ Hec ꝛ alia vite huius erumnose vel munera vel solacia quidam etiam cultores demonum accipere meruerūt qui non pertinent ad regnum dei quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factuꝫ est ne ab illo ista qui in eum crederent velut summa bona desiderarent. Sed felices eos dicimus qui iuste imperant si inter linguas subliniter honorantiū. vt obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur. ꝛ se homines esse meminerint. Si suam potestatē ad dei cultum maxime dilatā dum maiestati eius famulam faciunt. Si deum timent. diligunt colunt. Si plus amāt

illud regnum vbi non timent habere consortes. Si tardius vindicant facile ignoscũt. Si eandem vindictam pro necessitate regende tuendeq; reipublice non pro saturandis odijs inimicitiarum exercent. Si eãdem veniam non ad impunitatem iniquitatis sed ad spem correctionis indulgent. Si luxuria est tanto eis castigatior quanto posset esse liberior. Si malum cupiditatibus prauis cq; quibuslibet gentibus imperare. Et si hec omnia faciunt non propter ardorem ianis glorie sed propter caritatem felicitatis eterne si pro suis peccatz humilitatis z miserationis et orationis sacrificium deo suo vero immolare non negligunt Tales christianos imperatores dicimus esse felices. . interim spe postea re ipsa futuros cum id quod expectamus aduenerit Hec Augustinꝰ. que superbi domini irrident et contẽnunt deum principes z potẽtes ratione vilipensionis. vilipendunt quippe iudicia dei et cõminationes diuinas non solum non formidant sed spernunt corde ore et opere Corde in seipis ꝓfidẽtes ore ỏ do ꝓtu melioſe loquẽtes z ope malis mala peiora iungentes. Pro pterea deus vt Jacobus inquit tertio capitulo superbis resistit. Et de hoc Seneca i tragedijs ait. Sequitur superbos victor a tergo deus. quia superbia deo aduersatur z dine mactestati se opponit. Ideo hãc deus pre ceteris peccatis habet exosam. Unde scriptum est ecclesiastici decimo capi. Odibilis est coram deo z hominibus superbia. et Amos. vi. capitulo dicit. ¶ Dominus exercituum detestor ego superbiaz et Isaie secundo capitulo. Dies domini exercituum sup omnem superbum et excelsum. et super omnem arrogantem et humiliabitur. et Isaie decimo tertio capitulo. Requiescere faciam superbiaz infidelium. et z arrogantiam fortium humiliabo. z vicesimotertio capitulo. Dominus exercituum cogitauit hoc vt detraheret supbiam omnis glorie. z ad ignominiam deduceret vniuersos inclitos terre. z vicesimooctauo capitulo. Ue corone superbie. eodem capitulo. Pedibus conculcabitur corona superbie. et Ezechielis septimo capitulo Quiescere faciam superbiam potentum. et Hieremie quinquagesimo capitulo. ecce ego ad te superbe dicit dominus deus exercituum. quia veniet dies tuus tempus visitationis tue. et cadet superbus z corruet. et non est qui suscitet eum. Hec vero omnia impleta scimus in his qui ceruicez eleuarunt superbientes aduersus deum. de quibus dixit gloriosa virgo. Luce secundo capitulo. Deposuit potentes ỏ sede z exaltauit humiles. Et iterum. Fecit potentiaz i brachio suo dispersit superbos mente cordis sui. Et ecclesiastici decimo capitulo sapiens inqt. Sedes ducum superborum destruxit deus z sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit deus. et plantauit humiles. Sunt de hoc exempla posita in sermone de omnipotentia dei i quadragesimali de penitentia. Quia non est potentia nõ fortitudo non cõsilium contra deum cui non immerito subijciẽda cõis creatura.

¶ Quod principes z dñi superbi contemnunt ecclesiam parui pendentes illius potestatem que est supra omnem potestatem temporalem z intromittẽtes se de spiritualibus officijs z beneficijs atq; cẽlurã eccie p nihilo ducentes.

¶ Capitulũ secundũ

¶ Secundo considerandã est atq; condemnãda superbia dominorum et potentum respectu ecclesie Sicut enim superbi principes contemnunt deum ita z ecclesiam suã sanctaz z pcipue quãtũ ad tria

¶ Primo quantũ ad ecclesiasticam potestatem.

¶ Scdo quantũ ad ecclesiasticam spiritualitatẽ.

¶ Tertio quantũ ad ecclesiasticam penalitatem.

¶ Primo quantum ad potestatem q̃ residet in summo põtifice cui tanq; vicario iesu xpi omnes cuiuscunq; gradus humiliter ac fideliter subijci dẽt z obedire. Sz hoc loco tria nobis aduenient dubia declaranda. ¶ Primum vtrum potestas pape sit superior potestate imperatoris. ¶ Secundus vtrum potestati pape subdantur oẽs reges z principes xpiani. ¶ Tertium vtrũ potestas pape se extendat ad infideles. Pro declaratõne primi dubij sunt plura notãda. ¶ Primũ notãdũ q̃ monarchia. i. principale dominiũ mundi cepit ab assyrijs snb Nino rege nini

ue. de quo mentionē facit Au/
gusti. li. xvi. de ciuitate dei. ca.
xvij. ⁊ de assirijs translatū est
ad medos ⁊ psas ꝑ ciro ⁊ da/
rio Et de medis ⁊ psis transla
tū est ad grecos sub alexādro
magno. Et a grecis translatū
ē ad romanos sub octauiano.
Et vt scribit. xxviij. q. i. §. Ex
his virtutib⁹ romani ꝓmerue/
rūt imperiū. Scōm enim Au
gu. de anchona in li. de potesta
te pape. Multa fuerūt i roma
nis propter q̄ amplitudinē do
mini de⁹ illis ꝓcessit. Primus
fuit magna reuerētia sacrorus
etiā si errarēt in cultu falsorus
deorus. vt diffuse ponit Valeri
us in. i. li. ¶ Scōm fuit clemē
tia aiorus. vt ait dicit Virgili. ⁊
aug. li. i. de ciui. dei. Amabāt si
bi in laudib⁹ dici parcere subie
ctis ⁊ debellare supbos. Unde
Aug⁹. c. v. prefati primi libri
inqt de pietate ⁊ clemētia mar
ci marcelli. Egregius romani
nomis marcus marcellus qui
siracusam vrbē ornatissimā ce
pit refertur eā prius fleuisse rui
turā ⁊ añ eius sanguinez suas
illi lacrimas effudisse gessit et
curā pudicitie etiā in hoste ser/
uande. Nam priusq̄ oppidus
victor ingressus esset inuadi constitu
it edicto ne quis corpus liberū
violare ¶ Tertiū fuit fides
promissorus. sicut patet i marco
regulo ¶ Quartū fuit iusticia
discussionū. Unū actuū. xxv. c.
Festus respōdit. Nō est cōsue
tudo romanis dānare aliquez
hoiem priusq̄ ille qui est accu
satus pntes habeat accusato/
res locūq̄ defendēdi accipiat
¶ Quintus fuit amoris boni cui
preponebāt omne priuatū cō/
modū ¶ Scōm notandus q̄
imperiū fuit semp in vrbe vsq̄
ad tpa ꝯstātini q̄ illud ad gre/
cos trāstulit. bizantiū q̄ nūc est
est ꝯstātinopolis. ¶ A grecis ꝯ
trāslatū ē ad frācos p hūc mo
dū. vt scribit i cronica martini
ana. Nā āno dñi
Frāc⁹ rex lōbardorus rupto pacis
federe romanos inquietabat. Iz
a zacharia papa rep̄hēsus cuz
vxore ⁊ filios romaz venit vbi
monachus factus ē. Huic ar
stulphus frater successit in re/
gno tributa postulās a roma/
nis. quapropter stephan⁹ scōs
romanus pontifex animaduer
tēs q̄ ꝯstātinus imperator q̄si
cūcta perdiderat in partib⁹ me
ridianis ⁊ orientis oppressus a
saracenis quare nō poterat iu/
uare romanos venit in frāciaz
ad pipinū frācorum regez qui
cum papa venies liberauit ro/
manos ab iniurijs lombardo
rum. ⁊ peccatis omnibus in p
missū virtuosi laboris factus est
imperator. ⁊ reuersus in frāciaz

imperault ānos tresdecim cuz
prius apud frācos tenuisset re
gnū t rigita tribus ānis. Dā
sit impiū apud frācos ānis tri
gintaquinq̄ ⁊ mēsib⁹ nouē. vs
q̄ ad tpa ludouici tertij. Dei/
de tpe octonis principis imperiuz
trāslatū ē ad germanos. eo q̄
octo iuuit eccīam ⁊ rōanos ꝗs
bellēgarius rex lombardorus in
festabat. Quare corōatus fuit
imperator cui successit filiꝰ octo
secūdus. Et huic octo tertiꝰ filius
eius q̄ imperauerūt p hered/
itariā successionē ¶ Deide i
stituti fuerūt ab eccia electores
de quib⁹ dicit i glo. i. c. Ad apo
stolice de snia ⁊ re iudicata Hi
sunt archiep̄s magūtinus Co
lonien̄sis. Treuerēsis. ⁊ quatu
or laici. Comes reni. Dux sa/
xonie. Marchio brādeburgē/
sis. ⁊ rex boemie olim dux. ⁊ di
cūt quidā q̄ rex boemie ꝺ neces
sitate vocādus nō est nisi cum
alij discordāt nec istud ius ha
buit ab antiquo. Sed hodie ꝺ
facto tenet ꝑm hostiēsem extra
de elec. in. c. Venerabilez. exq̄
nō habet locū hoc tpe snia illa
q̄ dicit q̄ exercitius imperorez
facit. xciij. di. c. Legimus. ff. ꝺ
origine. l. ij. §. Postea. §. Dei/
de. ⁊ §. nouissime. C. de veteri
iure enucleādo. l. i. §. Hoc etiā
Propter dicta scribit in glo. in
c. Venerabilē. supꝫbo in gere

manos. Regnū mūdi trāslatū
est ad theuthonicos. Nam ipi
habēt regnū romane ecclesie. ꝺ
cō. di'v. c. In die. Et sic ptz q̄
imperiū nō est apud grecos. li/
cet largo noie appelletur. quo/
niā extra eccīam nō est impiū.
xxiij. q. i. §. Sed illud. Qui/
dam vero scire cupiūt q̄re fue/
runt instituti electores impa
toris de alemania. Ad qꝺ rn/
det Augustinus de anchona
triplex potest esse ratio. ¶ Pri/
ma q̄ illi principes qui libera/
uerunt ecclesiam de tyrannide
lombardorum fuerunt de ales/
mania ¶ Secunda ratio fuit
deuotio alemanorum ad eccle/
siam que apparet in continua
peregrinatione eorum ad visi/
tanda limina apostolorus pe/
tri ⁊ pauli ¶ Tertia ratio fuit
voluntas pape scilicet gregorij
quinti qui fuit theuthonicus.
⁊ ottonis ꝯsanguine⁹ ¶ Ter
tium notandum q̄ imperator
nunc dicitur rex romanorum:
ratione deriuationis quia inde
deriuatum est imperium ratio
ne confirmatiōis quia a roma.
no pontifice habet confirmari
Nam vt dicit glo. in clementi
na Romani principes de iure
iurando. Imperator corona k
triplici corona ¶ Prima fer/
rea in aquisgranis quam acci
pit ab archiepiscopo colonien̄si

requisiuit eum vt daret pacez ecclesie z mundo vniuerso. et ipse induratus velut pharao: noluit obedire. Quare cū fuisset periurus sacrilegus z de hereli suspectus z non soluis/ set censum ecclesie p regno sicilie: papa deposuit eum. vbi dicit glo. ¶ Papa ppter crimina deponit imperatorem vt hic. ¶ Idem cum est inutilis. xv. q. vi. c. Alius. ¶ Fuerunt ergo crimina Federici grauissima: quibus priuandus venit. naz vt dicit glo. in dicto. cap. Ad apostolice. Periurium est crimen grauissimum in quolibet pticulari in plato vel in pncipe cum eo rum facta trahant ab alijs in exemplum. vt notatur extra de voto z voti redemti/ one. ca. Magne. Et ideo grauius punitur. xi. q. iij. ca. Precipue. Turbatio enim pacis grauissimum peccatum est in pncipe. quia ipse maxime te/ netur ad seruandam pacem. xxiij. q. i. c. noli. extra. de treu/ ga z pace. per totum. Et q cōtra pacem ecclesie sunt nudari debent dignitate z cingulo xxiij. q. i. ca. Qui contra pacē Negare etiam censum pro re/ gno sicilie graue crimen est. qa regnum sicilie est speciale patrimoniū beati petri. xciij. di. c. valde. xi. q. i. c. Peruenit. et x. q. iij. c. relatum. Quare papa iudicat imperatorem z omnes z nullus ipsum. xxii. dis. c. Omnes. ix. q. iij. ca. nemo. qa papa est dominus mundi. ix. q. iij. c. Cuncta per mundum Jō extra de maioritate z obedientia. c. Solite. Dignitas z potestas pape assimulatur soli z impatoris lune. ¶ Sed cōtra dicta instatur multiplicit. Primo. quia Constantinus imperator imposuit coronam siluestro pape. vt dicitur. xcvi dis. c. Constantinus Ad h respondetur q hoc fecit non sicut dominium z auctoritatez prebens. sed sicut minister obsequens. Cuius signuz fuit q tenens equum eius detractoris sui officiū exhibuit. ¶ Secūdo instatur. quia vt dicit Jnno. xxiij. q. iiii. c. quesitum. qd imperatori sit gladius a deo datus. ¶ Ad quod respondetur. quia verum est imperatorem gladiuz recipere a deo. qz a papa non recipit nisi vt ē vicarius dei. Non enim papa potest supra imperatorem vt est singularis persona. sed vt est successor petri z vicarius christi. ¶ Tertio instatur. quia ex electione imperator habet ius in imperio. z potest administrare ante confirmationem pape. vt notat Hostiensis in

pit ab archiepo coloniēsi. z significat fortitudinē. ¶ Secū: da argentea quā accipit ab archiepo mediolanensi modoe/ chie. iz Henricus accepit illaz mediolani in ecclia sancti ambrosij z significat puritatē mū diciam z claritatē. ¶ Tertia est corona aurea quam dat sibi papa in ecclesia sancti petri ad altare sancti mauritij. z significat supioritatē z excellentiam super omnes reges z pncipes z nationes Jpse equidē impator est sup oēs. vt pz. viij. q. i. c. In apibz. z. xi. q. i. §. hec si quis. z. ff. ad le. rodiā. l. deēpcatus. z. C. de iudeis. l. iudei. z. lxiij. dis. c. Adrianus. z dis. viij. c. Quo iure. z. xxiij. q. viij c. Conuenior. Ex quibz omnibus colligit q impator est pnceps mūdi z dīs z oēs nationes z puincie sunt sub eo z oia sūt in potestate eius. Et sicut ipse corona illa triplici corona: sic olim in tribus metallis dabat tributū romanis. vt dr in glo. pfata in clemē. Romani pncipes. ¶ Quartū notandum q papa est sup imperatorē Nā iusta causa z rōnabili existente pōt papa q se ipsum imperatorē eligere. aut ppter eligentiū negligentiā vel discordiam. aut ppter electi bonitatem z condecentiā. aut ppter populi xpiani z pacis puidentiam. aut ppter coercendi hereticoz paganoz z scismaticoz audaciam z potentiam. Et sicut ab apostolica sede institui sunt electores imperatoris ita cum expediret paci z vtilitati xpianitatis papa posset aliud facere. Nec hoc eēt leuitati ascribendū. qm vt scribit Hester. xvi. c. Prouidendū ē paci omniū puinciaz. nec putare debetis si diuersa iubemus ex animi nostri venire leuitate sed p qlitate z necessitate tempoz vt reipublice possit vtilitas puenire. Que verba sunt regis Archaterisis in epistola sua. ¶ Papa itaq potest imperatorē etiam electum nō cōfirmare. nam imperator electꝰ debet confirmari per papam: vt patet i prefato capitulo venerabilē. supius allegato. Et confirmatus debet per papaz iungi. extra de sacra vnctione ca. Cum venisset. z inunctus per papam debet coronari. vt in pacto ca. Venerabilem. ¶ Potest insuper papa imperatorem confirmatum deponere. Unde stat exemplum d sentētia z re iudicata. libro. vi in ca. Ad apostolice. De Jnnocentio quarto. qui deposuit Federicum imperatorez romanoz z regem Sicilie. nam

p̃dicto sepe allegato.c. Vene rabilẽ.t ꝓfirmat.xciij.di.ca.le gimus. ¶ Rñdet q̃ ius quod habet imp̃ator est ꝺa eligit ab illis quos ecclesia instituit ele ctores. Illi enī qui eligūt ipa torem a papa hñt hoc ius eli gendi.vt in clemẽtina roma ni p̃ncipes.t s̃.in.c. venerabi lem. ¶ Quarto instat.ꝺa xp̃s solut tributū:sicut p̃z Dath vij.c.t.xxiij.q.viij.c.tributū. t.xi.q.i.c.si tributū. ¶ Resp̃ detur q̃ illud fecit nō ex debi to sed ne scandalizaret. Qui to instat.q̃ xp̃s dixit Joh.xvi Regnū meū non ē de h̄ mun do. Rñdet q̃ xp̃s dixit illa v̄ ba ante passionem. sed post re surrectionē dixit discipul. Da ta est mihi ois ptās in celo t i terra. vñ ꝯcludim⁹ firmiter q̃ ptās pape est sup̃ ptātē imp̃a toris. ¶ Scom dubium fuit vtr̃ potestati pape subdantur omnes reges t p̃ncipes xp̃ia ni. Ad qꝺ̃ ita dicit aug⁹ ꝺ̃ an chona. q̃ sicut sūmo sacerdoti leuitici generis oēs iudei obe dire tenebant cuiuscūq̃ status fuissent. Sic oēs xp̃iani maio res t mínores pape tenenti lo cum xp̃i obedire tenent. vnde Deutro.xvij.scriptū est. Qui superbierit nolens obedire sacer dotis impio morie. ¶ Narrat magister in historia scholastica: q̃ cū alex.magn⁹ venisset i iudeam cū ꝓposito exterminā di eam ex visione quā habuit obuians Jothade sūmo sacer doti ad eū venienti induto pō tificalib⁹ de equo descēdit di gnissimeq̃ veneratus ē t ado rauit dicens. p̃ncipib⁹ secū cō morantib⁹ se nō ip̃m adorasse sed deū cuius p̃ncipatū t vi cem gerebat in terris. Ideo ex tra de maio.t obe.c. Si quis ꝺ̃. Qui nō obedierit p̃ncipi morte moriat.glo.idest pape. de conse.dis.i.c. Corpora. si cut econuerso imp̃ator vocat pontifex: di.x.c. de capitulis. Dñs etiā Jesus xp̃s. Luce.x c.ait. Qui vos spnit me sper nit.t Greg⁹.lxxxi.di.ca. Si q̃ sunt: Peccatū paganitatis in currit quisq̃s dū xp̃ianū se as serit sedi apostolice obedir cō tenit. qui aūt dicūt papā in to to orbe terraꝝ habere domi nū solū sup̃ spūalia nō autez sup̃ temporalia similes sūt cō siliarijs regis syrie q̃ dixerunt vt habet.iij. Regū.xx.ca. Dij montiū sūt dij eoꝝ.t ideo su pauerūt nos.sed puguem⁹ cō tra eos in cāpestrib⁹ t in valli bus in q̃bus dij eoꝝ dominiū non habent t obtinebim⁹ cō tra eos. ¶ Ad litterā sic hodie mali ꝯsiliarij adulatione pesti fera seducūt reges t p̃ncipes terre dicentes. Dij montiū pu ta spiritualiū bonoꝝ sūmi pō tifices.sed non sunt dij valliū quia tēporaliū bonoꝝ nullū dñiuꝝ habēt. Ideo in campe stribꝰ idest in potētia bonoruꝝ tpaliū pugnemus ꝓtra eos t obtinebimus. Sed quid di cat eis dīna sententia:audia m⁹. Qui aduerūt syrij. Deꝰ montiū est deus eoꝝ.t nō deꝰ valliū.dabo oēm hanc multi tudinem in manu vestra t scie tis quia ego dñs.t hoc p̃z.ꝺa multi ecclesiam p̃sequēres eti am xp̃iani exterminati sūt: si cut fuerūt Julianus apostata mauritius imp̃ator p̃sequens Gregoriū. Theodoricus rex italie qui incarcerauit Johan nē papā. Federicus imp̃ator t alij qui miserabiliter suos di es finierūt. Auctoritas g̃ pa pe extendit se ad quoscūq̃ do minos xp̃ianos. Et ideo de supplenda negligentia p̃latoꝝ rum.in.vi.c. Grandi.ponitur qualiter papa dedit coadiutoꝛ rem regi portugallie q̃ erat ne gligens in regimie regni t oia dissipabat. ¶ Insup̃ a senten tijs regū t p̃ncipū omniū ad papā p̃t appellari p̃ illud qꝺ̃ scribit.ij.q.vi. Ad romanam ecclesiā ab oib⁹ t maxime ab oppressis est appellandū t con currendū quasi ad matrez vt eius vbericꝫ nutriātur, auctoꝛ ritate defendant. oppressiōib⁹ reuelentur.ꝺa nō p̃t nec de bet mater filiū obliuisci. Idez habet.xi.q.i.c. Quicūq̃. Nec obstat c. Si duob⁹.extra ꝺ̃ ap pellationib⁹. vbi ꝺ̃.q̃ non est appellādū a iudice seculari ad papā nisi in terris ecclesie. q̃ h̄ intelligit q̃ nō est fiendū indif ferenter.sed in q̃buscunq̃. sed in negocijs arduis t necessita te vrgente. Spectat enī ad pa pam corrigere oēs cum delin quūt ꝯm illud Hiere.i.c. Ec ce ꝓstitui te sup̃ gētes t regna vt euellas t destruas.dissipes t dispdas.s.sceiera rep̃hēden do.t edifices t plantes. Dic t in veteri testamento p̃phete qui erant patres spūales in po pulo iudeoꝝ auctoritate dñi rep̃hendebant reges delinq̃n tes:quod p̃z p̃mi regū.xv. ca. vbi samuel regē saulē rep̃hen dit de inobedientia.t.ij.regū.xij.c. Nathan dauid de adul terio.t.iij.regū.xvij.ca. He lias achab regē israel de ido latria.t.ij.palip. Sūmus sa cerdos ozias regē iuda de p̃ sūptionc.t.ij.q.i.c. Scel⁹ Ni colaus papa regē lotharīū de adulterio. Ideo ad confirma tionē huius p̃itatis dicit glo. in.c. Nouit.extra de iudicijs. Jura celestis imperij t terreni

petro cõmissa sunt a deo. Idē di.xxij.c.i. Ipse eni vtrũq; gladiũ habz vt dicit Lucas. Ecce gladij duo hic Demonstrauit aũt hoc deus aliqñ in facto. z p̃cipue tpe leonis pape. Nam vt recitat paulus in hystoria lombardoz z siccard⁹. Athila rex hunnoz occiso germano suo dolo deuastaq; macedonia achaia z tracia gentibus omnib⁹ aquilonarib⁹ impauit. Et ambitiosus z auid⁹ regni tentauit italiã subijcere sibi. Et post multa per eũ inita bella cum exercitu copiosissimo aquile iam trib⁹ ānis obsedit. Qua victa z in p̃dã data occisisq; ciuib⁹ z omnibus flãma z ruina consũptis moz vicinas vrbes ꝓfligit. z deinde cepit Vincentiã Veronã Brixiã z Mediolanũ. tãdem firmatis castris in eo loco vbi minerius fluuius i padũ influit cogitabat ad vrbẽ pficisci. Tunc sanctissim⁹ leo papa psonaliter accessit ad eũ Qui nõ solũ rome salutẽ. sed totius italie repozauit. Athile nãq; p̃cepit vt dicit Ruffinus in annalib⁹ romanoz. et Siccardus in li. tempoz Ut erga danubium pmissa pace discederet. Cui athila statim assensit nihilq; nisi qõ leo papa voluit loqui potuit. Post cuius discessum interrogatus cur p̃ter consuetudinez romano pontifici tantam obedientiam exhibuisset. Rñdit athila se vidisse virum astantez ei sub sacerdotali habitu angustioze forma canicie venerandum sibiq; minantem gladio nisi cuncta que ille postulabat faceret. Sic igitur relicta italia in pannoniaz athila redijt vbi ducta in vxore sozore valentini impatoris faciẽs luturiosa conuiuia cum longe pl⁹ solito vina bibisset sepius dormiens eruptione sanguinis q̃ de naribus effluxit suffocatus est. ¶ Si autem quis interrogaret. cũ sit tanta potestas pape. quare tã crebro omittit' punire dominos publice delinquentes. ¶ Ad quod dicim⁹ q; hoc facit vel quia facultatẽ non habet coercendi. vel propter pericula z scãdala q̃ possent euenire. vel quia multitudini parcit. Est tñ in eo potestas faciendi. ¶ Tertium dubiũ fuit. vtz potestas pape extendat se ad infideles. Ad h̃ rñdet aug⁹ de anchona sequẽdo Johannẽ andree in nouella in. c. Quod super his. ō voto. z Innocentiũ z Hostiensem q; sic. z q; oẽs pagani subsunt pape Ratio est. quia ī aduentu xp̃i ois honoz z. omnis

p̃ncipatus z omne ꝺominiuz z iurisditio de iure z ex causa iusta. z per illum qui supremã manum habet nec errare ꝓtest omni infideli subtracta fuerit z ad fideles translata. qõ hec iusta causa fuerit ꝓbat ecclesiastici. x. ca. vbi dicit. Regnũ a gente in gentem transferetur ꝓpter iniusticias z iniurie contumelias z diuersos dolos. Quod autem hoc factum fuerit ꝓbatur extra ō cõstitutionibus. c. translato sacerdotio. necesse ẽ vt leg⁹ trãslatio fiat: Translatũ fuit q̃p pe sacerdotiũ in personã xp̃i: qui fuit sacerdos z rex. vt dicitur Luce p̃mo cap̃. Et regni eius non erit finis. Ipse antẽ dixit Matth. xxi. c. Auferet a vobis regnum dei z dabitur genti facienti fructus eius. huius autẽ regni z sacerdotij p̃ncipatũ perpetuũ cõmisit dei filius petro z successoribus ei⁹ vt patet. extra de homicidio. p humani. extra qui filij sint legitimi. c. per venerabilem. §. rationibus ¶ Vnde constanter asserimus q; de iure infidelles debent subijci fidelibus nõ econuerso. vt dicitur extra de iudeis. ca. i. z. ca. Multorum. c. si iudeos. §. Inhibem⁹. Si igitur papa p̃est mundo vice christi. z christus habet plenã iurisditionem super omnem creaturam: sequitur q; nullus potest se subtrahere ab obedientia pape de iure: sicut null⁹ se potest subtrahere ab obedientia dei. Et quãuis infideles per excõmunicationez vel absolutionem in confessione solui vel ligari non possunt. tamen potestate clauium ligari sunt per ecclesiaz iudicati dãnati. Et sic si vellent ad fidez reuerti potestate clauium absolui possent. Similiter quãuis de ecclesia dici non possũt merito fidei z bone operationis: tamen de ecclesia dici possunt iudiciaria potestate z occasiõali vtilitate. Quare fm Augustinum de anchona papa potest punire ꝓganos et barbaras nationes cũ agunt contra legem naturalem. i manifestis. quia vnusquisq; potest puniri pro transgressiõe legis quam recipit z profitetur. Sed lex naturalis est ita cordi incerta q; deponi nõ potest vt si furarentur vel committerent vitium symonie z huiusmodi. Sed pro eo quod faciunt contra legem diuinaz scilicet veteris vel noui testamẽti. aut contra legem positiuaz cũ neutrã recipiunt puniri no possunt. Si tamẽ pagani sũt subiecti aliqb⁹ regib⁹ z princi

pibus christianis dignū est vt viuere debeāt legib⁹ quib⁹ vi/ uūt alij subditi illoꝝ principuꝝ ne videātur melioris ꝯditōis propter suā infidelitatē ꝙ xpiāni. Et cogi ad hoc et puniri possunt. Puta q cū statutū ge nerale ē in aliqua ciuitate vbi tales habitāt q quī portat ar/ ma incidat ī penē decē florenoꝝ rū. poterit in tali delicto puniri paganus sicut ⁊ xpianus. Et ꝙ uis pagani puniri nō possint pena spirituali excōicationis ⁊ hmōi. pñt tñ puniri ab ecclesia pena pecuniaria. ⁊ a pncipib⁹ etiā pena corporali. ¶ Secun do deū tales multotiēs p sup biā ꝛtēnunt ecclesiā ꝙtum ad spirituale dum sez de spiritualibus temere se impediūt. Non enim licet laicis impedire se ō ecclesijs ⁊ ecclesiasticis psonis sicut habetur extra de ꝛstitutō nib⁹. c. ecclesia sancte marie. in textu ⁊ in glo. Et. xcvi. dis. ca. bñ. ⁊ extra de reb⁹ eccie nō alie nādis. c. Cū laicis. hoc autez fit. ¶ Primo cū ipsi ingerūt se ad ꝛferendā eccīastica bñficia ⁊ ecclesiasticas dignitates Cō tra quos extra de iure patrona tus in. c. cura. glo. inquit. Lai ci ꝛferre ecclesias non possunt Idem extra de priuile. c. Cuz plātare. Et. xvi. q. vlti. ca. Si quis deinceps. c. si quis epus. c. si clericus. In. c. vero ex tua. extra ō filijs pbyt. nō ord inā. dicit q suspēdi debēt clerici et cōmunione priuari q recipiūt ecclesias de manib⁹ laicoꝝ et laici sunt excōicandi. quia tale ius possidere nō pñt. extra ō ele ctione. c. sacrosancta. ca. massa na. nisi in capella vbi patron⁹ hz tantū ius pñtandi. ⁊ vt scri bitur extra de iurepatronat⁹. c cū laici. Laici q habēt ius pa/ tronatus nō pñt ꝛcedere cleri/ cis ecclesias sine sciētia ⁊ ꝛsen/ su epi. Nec pñt ⁊ debēt ipsi pa/ troni pñtare indignus Exquo vt ponitur in glo. in. c. cū vos. de offi. ordi. Patronus laicus pñtans indignū licet nō sit pri uatus nec priuādus pēāte pñ/ tandicrō dātur sibi q̄tuor men ses ad pñtandū. Sed in colle glo ⁊ ecclesiastica psona aliud est. qr si collegiū eligat vel pñ/ tet indignū priuat ipso iure. ex tra de elec. c. cum in cūctis. Idē credit de clerico patrono q pri/ uatus ē si pñtet indignū vl' sal tim priuādus. Et hec pōt esse rō quare laico patrono dantur quatuor mēses a tpe vocatio/ nis. extra de iurepatronat⁹. ca. cū propter. Collegio vero siue clerico dātur sex mēses. extra ō ꝛcessione pbende. c. nulli quia laicus nō priuat potestate pñ/ tādi. licet pñtet indignū. Cle/

ricus vero fit quedā cōpēsatio hinc inde. qr laici grauant ī tē/ pore ⁊ releuant in alio quia nō priuant. Et qr clerici priuant pñtādo indignū releuantur in maiori tpe. Et quia clerici ma gis debent esse discreti ⁊ scire iu ra. ideo puniuntur si peccāt in electionib⁹ ⁊ pñtationib⁹. Qui dā tñ dicūt q ad supiorē deuol uit prout in ecclesie cū laic⁹ pa tronus presentat indignuz. vt in autē. de sanctissimis epis. §. si quis oratorij domū. tñ iure nostro nō cauetur hoc expresse Ideo stādum est c canoni ⁊ ñ legi. ¶ Sedo aliqui dñi tēpo/ rales patiūtur p suos vilicos ⁊ procuratores auferri occupa ri ⁊ alienari possessiones et ter/ ras ecclesiaꝝ quasi ipsi sint dñi Od tñ falsum ē. qr bona tem poralia ecclesijs ⁊ pijs locis a bonis dñis ⁊ xpianis concessa nō sunt ipsoꝝ maloꝝ ⁊ ra ptoꝝ. Si autē ipsi interrogent ⁊ quis est dñs rex ecclesiasticarum. Rñdet ꝑm glo. xij. q i. c. expedit. Od primo sunt dñi pauperes. quia inde sustentan tur. xvi. q. i. ca. qm quicquid. Sedo ē dña eccia. xvi. q. iij. c. int' memoratos. Tertio ē de⁹ xij. q. ij. c. qui abstulerit. Quar to potest dici q dñium ē apud clericos. Sicut dñium rerum vniuersitatis est apud ciues in stituta de rerum diuisione. §. Vniuersitatis. ¶ Tertio alicꝫ dñi volunt se nimis intromit/ tere de officijs ⁊ prelationibus religiosoꝝ ad tantā quādo/ q deuenientes presumptionem vt dicant q ipsi i suo dominio sunt generales abbates epis co/ pi ⁊ pape ¶ Quarto trahunt aliquādo clericos ad suū forū contra illud quod habetur. xi. q. ij. c. nullus. Nonnunq etiā clericos delinquēres ad sua iu dicia deducunt examinant et incarcerant. Et aliquādo post omnia impie facta contra eos cum scripturis ⁊ processib⁹ ad epos remittūt punitēdos. Epi tñ aduertant. qr extra de iudi/ cijs. ⁊. c. si ⁊ clerici. dicit Si cle rici cora iudice seculari quicti fuerint vel confessi de crimine non sunt propter hoc a suo epi iscopo condemnadi. aliquate/ nus. Sicut enim sentētia a nō suo iudice lata non tenet ita et facta confessio coram ipso Od autem sententia a non suo iudi ce lata non tenet. patet extra ō sententia ⁊ re iudicata. c. senten tia. in textu ⁊ in glo. ⁊. C. si nō a cōpetenti iudice. l. ij. ⁊. l. i. ⁊. ij q. i. ca. in primis. ⁊. xvi. q. i. ca. frater. In his ⁊ similibus sup bi domini modum excedunt. Quos non dānamus dum ō rebus spiritualibus cuz humi

litate ⁊ reuerentia se impediũt
seruata vnicuiq; in suo gradu
iurisdictione sua. ¶ Tertio sup
bi domini contẽnunt ecclesiaz.
quantum ad suam penalitatẽ
In penã quippe incorrigibiliũ
⁊ nimis rebelliuz ac indurato
rum in peccatis ⁊ pertinacit in
obẽdientium vtitur ecclesia cẽ
suris.. ⁊ vt scribitur extra de sy
bozum significatione. c. querẽ
ti. Nomie censure intelligitur
interdictũ ⁊ sententia suspẽsio
nis ⁊ excõmunicationis vt fre
quentius tamen excõmunica
tione punit pertinaces. Cum
autẽ de ipsis censuris ⁊ excõi
catione aliquid sentiunt ipi do
mini superbi cachinãdo cũcta
habent in derisum. Qui audi
re debent verba Crisostomi su
per epistolã ad hebreos. ⁊. xli.
q. iij. c. nemo. Nemo inquit cõ
tẽnat vincula ecclesiastica Nõ
est homo q̃ ligat. sed xp̃us qui
hãc potestatẽ dedit ⁊ homies
dños fecit tanti honoris ¶ Et
in. c. nihil. xi. q. iij. dicitur nihil
sic debet formidare chrstianꝰ
q̃ separari a corpore xp̃i. Rõ ẽ
q; vt ait Augꝰ. in libro de ver
bis apostoli. ⁊. xi. q. iij. c. omis.
Omnis xp̃ianus dilectissimi
qui a sacerdotibus excõicatur
sathane tradit. vt enim habet
xxiij. q. iij. ca. apostolice. Apo
stolice auctoritatis exẽplo di
cim⁹ errantium ⁊ in errorẽ mit
tentiũ spiritus tradẽdos eẽ sa
thane vt blasphemare dediscãt
Paulus enim corinthiũ quen
dam tradidit sathane. Quali
vero xp̃iani ⁊ increduli princi
pes cuz ista narrant dicere ple
rũq; solent. Quid obest excõi
catio q̃n excõicati cõedere pos
sunt ⁊ bibẽ ⁊ alij subdũ. Cu
stodiat me dus a sono tube cõ
tra me sonãtis pro tẽporali iu
sticia. q; sonũ campane signifi
cãtis censurã ecclesie paruifa
cio. O peruersitas malignarũ
mẽtium. O infidelitas prauo
rũ hoim. O dentq; superbia ab
ipso de summo contemenda q̃d
reprehensibilius quid abhõi
nabilius. Quid dentq; ī xp̃ia
no homine dãnabilius. Io dñi
xp̃iani ⁊ vbi fides. vbi deuotio
vbi religio. vbi iusiurandum.
Cur non xp̃m quem profite
mini honoratis. coluz ⁊ magni
ficatis. Cur suam ecclesiã sanc
tam spernitis. Quid iuuat
dicere. Credo sanctã ecclesiaz
cum iam illam sub vestris pe
dibus conculcetis. Heu heu
conuenire hodie potest multis
ex principibꝰ xp̃ianis illa sen
tentia. Titilliuꝫ quã de bani
bale dixit post q̃ aliquas eius
laudabiles ꝓditiones explica
uit. Has inquit viri virtutes
ingentia vitia equabant in hu

mana crudelitas pfidia plusq;
punica nihil veri. nihil sci. nu
lusq; dei metus. nullũ iusiurã
dũ. nulla religio. hec ille. Igit
vt dicit marcellus papa. xcvi.
distinctione. ¶ Boni pn
cipis est ac religiosi. eccias con
tritas atq; ꝓscissas restaurare
nouas edificare. ⁊ dei sacerdo
tes honorare atq; tueri.
¶ Quod principes ⁊ supbi dñi
contẽnunt suos proximos ma
le ⁊ negligenter gubernando
subditos ⁊ grauando illos in
debite atq; conuersando cum
nimia continentia.

¶ Capitulum tertium.

Tertio ꝓsideranda est
⁊ ꝓdẽnanda superbia
dominoꝝ ⁊ principuz
respectu proximi. Contẽnunt
quippe ipsi subditos suos pre
cipue in tribus.

¶ Primo in gubernatõe
¶ Scõo in grauatione.
¶ Tertio in ꝓuersatõe
¶ Primo in gubernatõe circa
regimen nãq; subditoꝝ vtunt
multa negligentia nec curãt si
bene gubernant vel male. Vñ
ꝓstituunt officiales iniquos ti
rannos ⁊ iniustos. Ad qõ per
ducuntur ne in bonis ⁊ probis
officialibus multũ expendant
Itaq; omnia disponũt ad pro
priũ ꝓmodũ ⁊ õ cõmuni bono
aut nulla aut satis parua est il
lis cura. Cõtra quos ẽ sen ten
tia Plutarci ⁊ platonis atq; oĩ
um doctissimoꝝ viroꝝ qui di
cunt principẽ teneri sup omia
ad amorẽ subditoꝝ ab bõi pu
blici tutelã ⁊ protectionẽ. Hic
est q; miris laudibꝰ efferunt co
drũ atheniẽsium regẽ. qui pro
victoria populi sui mori nõ re
cusauit. Recitat enim de ipso
Valerius li. v. q; cum haberet
difficilimũ bellũ cũ dorẽsibus
misit ad appollinẽ deificũ ꝓ cõ
silio. cui rñsum fuit q; ciuitas
athenaz esset victrix. si ipse co
drus moreꝛ pro patria. at il
le mutato regio habitu sarmen
ta colligẽs castra hostiũ ingres
sus a muliere quã falsei iurgio
pcusserat interfectus ẽ ¶ Se
cũdo dñi supbi ꝓtẽnunt subdi
tos in grauatione. Quandoq;
enim faciũt artifices ⁊ agricos
las laborare sine mercede. Oñ
q; bona subditoꝝ ipsis inuitis
extorquẽt etiã ꝑ venditionem
Sicut fecit rex achab erga na
both quẽ q; noluit vẽdere sibi
vineã vt de illa faceret viridã
rium vxor sua pessima iezabel
fecit eum falso accusari de bla
spfemia ⁊ lapidari. ⁊ sic ipsum
vineã obtinuit. Ex vtq; ma a
morte pũt. f. achab ⁊ iezabel vt

habetur.iij.regū.xxv.c. Quā doꝫ insup talijs ꝛ exactionibus populos suos grauāt vltra debitū. vel ꝓpter bella iniusta que suscipiūt. vel ꝓpter excessū in pōpis ꝛ venationib⁹. sēp plericꝫ adhuc testamentis ꝛ vltimis volūtatib⁹ se imiscent. Subditos etiā cogunt suo modo matrimonia cōtrahere. que tñ vt scribitur extra sponsa.c. Requisiuit. debent esse libera. qm̄ coactiones difficiles exitus solent frequenter habere. Tertio supbi dñi cōtenunt subditos in ꝙuersatione. nolūt multotiens audire illos in necessitatib⁹ suis ꝛ in oibus ostendūt se duros ꝛ asperos absꝫ affabilitate. cum tñ benignitas ꝛ affabilitas dñis ad matimū decorē accedat. Ideo Cassiodorus in epistolis ait. Ornamentū omnium bonoꝝ est sincera benignitas. Et Seneca ad Lucillū. Sic cū inferiore viuas quēadmodū tecū superiorē viuere velles. Idcirco Valerius lib. v. cōmendat alexandrū magnū eo ꝙ cū semel vidisset militem quendā senē nimio frigoris estu pefactum cū ipse foret in sede sublimi ꝓpinqua igni surrexit ꝛ suis manibus illū in sua sede reposuit. ꝛ Johannes solobriēsis in policraticō libro. v. narrat ꝙ gratianus optimus iperator arguentib⁹ eū amicis ꝙ in oēs familiaris esset nimis ꝛ cois. Respondit se talē velle iperatorē esse ꝙualis quales iperatores sibi esse ꝙuasū optasset. Nec valet friuola excusatio illoꝝ dñoꝝ qui dicūt. ꝙ timore subditi retinentur ꝛ regulātur. quoniā multiformis vinculatur benivolētia ꝛ amore. Propterea periander corinthus dicebat vt dñi tuti fiant fulciant se benivolentia subditoꝝ non armis gentiū exterarū. Et Cicero li. ij. de officijs ait. Omnium rex nec aptiꝰ ꝗcꝫ ad opes tuendas ac tenendas ꝙ diligi nec alicuiꝰ ꝙ timeri. Ergo vt sermonē hunc concludamus dicamus cum Seneca in tragedijs. Vos ꝗbus rector maris atꝫ ire Jussit magnū necis atꝫ vite. Ponite inflatos tumidosqꝫ vultus. Quicquid a vob⁹ minor extimescit. Dator hoc vobis dñs minatur. Quare deponant superbiā dñi ꝛ principes seculi vt dignū ꝓparēt habitaculū dīne grē. amē

¶ Feria secunda secūde hebdomode. xl. De iudicio generali quo terreri possūt ꝛ debēt mentes supboꝝ.

¶ Sermo nonus.

Congregabūtur ante eū oēs gentes. Verba sunt redēptoris nostri originaliter Matth. xxv. ꝛ in euāgelio hodierno. Futuri iudicij generalis memoria satis supꝫ confert ad hūiliandas elatas mentes superboꝝ. Si ḳs eni considerare velit que de illo persepe dei filius locutus ē merito expauescere debet. Celū eni ꝛ tra transibūt ꝙba aūt mea nunꝫ transient. Ipse ita ꝫ in p̄senti lectione euangelica aptissime ꝓnūciauit illius diei terribilitatē que per mlta secula ante p̄dicta fuerat. Sophonias eni ꝓpheta. c.i. sic dixit. Dies illa dies ire dies tribulationis ꝛ angustie. dies calamitatis ꝛ miserie. dies tenebraꝝ ꝛ caliginis. dies nebule ꝛ turbinis. dies tube ꝛ clāgoris. Et Isaias. c. xiij. ita ꝓphetauit. Ecce dies domini veni et crudelis ꝛ indignatiōis plenus ꝛ ire furoriſqꝫ ad ponendā terrā in solitudinē ꝛ conterendos peccatores de ea. Idcirco vt peccatorib⁹ ꝛ supbis p̄cipue detur occasio timendi in p̄senti sermōe de iudicio generali dicturi erimus. de quo ꝛ diffuse scripserim in tribus sermonibus in quadragesimali de penitentia. tñ preter ea que ibi posita sunt occurrunt ꝺ ipso aliqua alia cōmemoranda Nec vicios⁹ erit aut superfluū cōmiscere ꝙ clariore noticia vetera nouis. vt sic peccatrices aie renouent. Contēplabūtur ergo de ipso tremēdo iudicio tria mysteria.

¶ Primū dicitur iudicantis excellentia.

¶ Secundū iudicandoꝝ differentia.

¶ Tertiū iudicij sententia.

¶ De mira excellentia christi qui sedet ad dexterā patris et veniet in iudiciū cū singulari triūpho longe p̄stantior triūpho romanoꝝ que visuri sunt oēs in maiestate.

¶ Capitulū primū

Rimus mysteriū contēplandū dicitur iudicantis excellentia. qui em̄ iudicaturus est oēs triplici excellentia decorabit.

¶ Pria dicitur dignitas icōmunicabilis.

¶ Scda triūphus mirabilis

¶ Tertia maiestas visibilis.

¶ Pria excellentia dicitur dignitas incōmunicabilis. Est quidē iesus christus iudex omniū dei filius per naturaz. Et hoc in symbolo cōfitemur cū dicimus Sedet ad dexteram

patris inde ꝓ̃turus est iudi/
care viuos ⁊ mortuos. ¶ Hz
curiosi quidã scire cupiũt vtrũ
sit ꝓuenies dicere q̃ xp̃s sedeat
ad dexterã patris. Et lz h̃ posi
tũ sit in ope de laudib⁹ sanctoꝝ
rũ in sermone de ascẽsione. ta/
mẽ q̃ forte nõ oẽs illius operꝫ
habẽt copiã volut ⁊ in hoc lo/
co dubiũ istud absoluere. Ad
quod ꝓ veritate confirmatõ
ne inducimus ea que nobis in
scripturis sanctis traduñ. In
quit ergo paulus ad ephesios
primo.c. Cõstituẽs illũ ad de/
xterã in celestib⁹. ⁊ ad colocẽses
iij.c. Christus ẽ in dexterã dei
sedes. ⁊ ad Heb.i.capi. Sedet
ad dexterã maiestatis in excel/
sis. ⁊ x.c. Sedet in dexterã dei
p̃ris. ⁊ ad romanos. viij. capi.
Christus iesus ẽ ad dexteram
dei. qui etiã interpellat ꝓ nobis
. ⁊ Mathei. xxvi. Luce. xxij.
Marci. xiiij. Dixit ipse iesus
bñdict⁹ Erit filius hois sedẽs
a dextris virtutis dei. Hoc eti
am predixit Dauid in psal. cix
Dixit dñs dño meo sede a de/
xtris meis. Nõ aũt hec verba
ad litteram intelliguntur. de
xp̃o patet ex sententia pauli q̃
ad hebreos. i.c. ait. Ad quem
aũt angelox dixit aliq̃n deus.
Sede a dextris meis. ⁊ Ma
thei. xxij. c. Christ⁹ retulit pha
riseis, Quomodo Dauid vo/
cat eum scz xp̃m. i. spiritu dñs
dicens. Dixit dñs dño meo se
de a dextris meis. Et si inde
negarent testimoniũ christi et
pauli conuinci possunt per do
ctores illorum. Raz rabbi Jo
nathan apud iudeos ꝓbatis/
simus in sua translatiõe caldai
ca ait. Dixit domin⁹ ꝑbo suo.
⁊ rabbi Joden super illo ꝑbo
ps. xvij. Dedisti mihi protectio/
nẽ salutis tue ⁊ dextera tua su/
scepit me. inquit in futuruz de
us sanctus ⁊ benedictus con/
uertere faciet regem messiã ad
dexteram suam situr scriptum/
est. Dixit dñs dño meo sede a
dextris meis. Istud etiã ꝓfir/
mat rabbi moyses. ¶ Sed cõ
tra arguitur q̃ non sit bene di
ctum q̃ christus sedet ad dex/
teram dei patris. ¶ Prio nul/
lum corporale comperit deo. qz
spiritus est deus. Johãnis. iiij
c. Sed dextera ⁊ sinistra sunt
differentie positionũ corporali
um. ergo non conueniunt deo.
Scdo si filiꝰ dei sedet ad dex/
terã. ergo pater ad sinistã. sz de
xtera nobilior est sinistra. ergo
p̃ sedet in parte ignobiliore.
Tertio stare ⁊ sedere sunt op
posita. sed Actuũ. vij. ca. Ste
phan⁹ vidit iesum stantẽ. g̃ nõ
sedet. ¶ Ad intelligendã hãc
ꝓpositionẽ catholicã quã quoti
die ꝓfitemur. s. q̃ iesus xp̃us se
det ad dexterã p̃ris tria sũt do
cumẽta notãda. ¶ Primũ do
cumentũ q̃ hoc nomẽ dextera
inuenitur in scripturis de deo
dictũ. Vnde scribitur Exodi
xv. c. Dextera tua dñe magni/
ficata ẽ in virtute. dextera tua
dñe percussit inimicũ. Et. ps. xv
Delectatões in dextera tua vs
q̃ in finem. ⁊. ps. xx. Dextera
tua inueniat omnes qui te ode
runt. ⁊. psalmo. xlvij. Justicia
plena ẽ dextera tua. ⁊ ps. cxvij.
Dextera dñi fecit virtutem de
xtera dñi exaltauit me. ⁊ psalmo
cxxvi. Saluũ me fecit dexte/
ra tua. ⁊ ysaie. xlviij. Dextera
mea mensa est celos. et Abac
huc. ij. Circundabit te calix
dextera dñi. ¶ Secunduz do/
cumentũ q̃ cũ dicim⁹ xp̃z sede
re ad dexteram patris nõ intel
ligimus per dexteram aliquid
corporale sed locutio est metha
phorica sicut etiam cum dici/
mus oculos dei. brachiuz dei
⁊ similia ꝓ quem designantur
spũales ꝓprietates ⁊ opatiões
diuine. Hinc Damascenus i
iij. sententia q̃ ait. Nõ localẽ de
xterã patris dicim⁹. q̃liter enim
q̃ incircũscriptibilis ẽ localem
adipiscere dexterã. ¶ Tertiuz
documentũ q̃ noie dextre intel
liguñ tria. s. gloria diuinitatis
beatitudo. ⁊ iudiciaria ptãs.
Ex quo secundũ Augustinuz
li. de simbolo. ⁊ Damascenuz.
Sedere ad dexteram p̃ris nil
aliud est nisi cum patre habe
re gloriã diuinitatꝫ ⁊ beatitudi
nẽ ⁊ iudiciariã potestatẽ. et hoc
incõmutabiliter ⁊ regaliter Un̄
Damascenus inquit. Dexte/
rã patris dicimus gloriã ⁊ ho
norẽ diuinitatis in qua dei fili
us extitit ante secula ⁊ deus et
patri ꝓsubstantialis. Secũdũ
vero tho. iij. pte. q. lvij. Hec p̃/
positio ad vel in. ad dexterã vel
Tertia rõ õz circũſtantie. i adã eni fuit aliqua ignorãtia. quia peccatũ qõ erat mortale credidit veniale ſm Aug. vñ nõ tm̃ credidit peccare quãtũ peccauit. Angelus autem nõ habuit ignorantiã in peccando. Itẽ homo habuit ꝓpoſitũ penitendi z pẽtendi veniaz de peccato quod credebat venia le Angelus aũt nõ z ꝓpter hoc peccauit inſpiritũſanctũ. homo ꝓ nõ Tertium dubiũ fuit vtr grauius peccauit vir ꝯ mulier. Ad qõ ita dicit bonauen. q grauitas iſta põt tripliciter conſiderari. ꝑmo reſpectu ingratitudinis.ſcõo reſpectu libidinis.tertio reſpectu corruptionis. Primo reſpectu ingratitudinis. grauiꝰ peccauit vir.qz copioſiora dona ſuſcepit. Scõo reſpectu libidinis grauius peccauit mulier quia cum magis improba volũtate. Tertio reſpectu corruptionis.z ſic diſtinguendu z.qz aliq̃d õz corrũpere dupliciter.aut p modũ cauſe.aut per modũ occaſionis Si primo mõ ſic:quia peccatuz viri fuit cauſa tranſfuſionis in poſteros.z ita corrupuit ſe z alioſ maioz ſecura ẽ ex peccato viri corruptio z ideo eiꝰ culpa fuit grauioz. Si p modum occaſionis ſic.qz ꝑttm̃ mulieris fuit occaſio peccati viri z ita per ꝓñs omniũ alioꝝ. hoc modo põt dici ceteros corrupuiſſe nõ ſolũ poſteros ſed etiã vir ſuũ vnde nõ ſolũ peccauit in ſe ſed etiã inꝓmũ. ideo quantũ ad hoc peccatũ eius fuit grauius ꝯ peccatũ viri.

Qõ humanũ genꝰ cõgrue repatũ ẽ p viã ſatiſfactionis q cũ nõ foret poſſibilis nec homini nec angelo facta ẽ p xp̃m deũ z hominẽ. Ca.tertiuz

Ertiũ myſteriũ contẽplandũ de lapſu hũane nature õz ipoſſibilitatis. Impoſſibile quidẽ erat hoi lapſo ſaluari niſi interueniente ſatiſfactione facta p dominũ ieſum xp̃m Sed circa h tria occurrũt dubia. Primuz vtr magis congruũ fuit hũanũ genus reparari p ſatiſfactionẽ ꝯ p aliũ modũ. Secundũ dubiũ. vtr angelus potuit ſatiſfacere p pcto hois lapſi Tertiũ vtr hõ potuit ſatiſfacere p pctõ illo. Ad ꝑmũ dubium dicit Bonauẽ.in.iij. di.ij.q hũanũ genus congrue reparatũ eſt p viã ſatiſfactionis triplici ratione.

Prio rõne diuine iuſticie.
Scõo rõne dine ſapientie.
Tertio rõe dine honorificẽtie

Primo ratione dine iuſticie. Nam illa via magis conueniens fuit ad repationẽ humani generis in qua magis ſeruatur ordo iuſticie qui magis ſeruat cũ malũ punitur ꝯ cũ relinquit ipunitũ. Sed cũ peccator repatur p ſatiſfactionez malũ punit cũ ſine ſatiſfactione malũ relinquit impunitum Igit magis ſeruat ordia diuine iuſticie in iepatione p ſatiſfactionẽ ꝯ ſine ſatiſfactione. Quare ait Anſel.in li.cur deus hõ. Si peccatũ ipunitũ dimittit ſimiliter ſe hz deus peccanti z nõ peccãti Secundo magis cõgruũ fuit reparationẽ ꝓdictã fieri p ſatiſfactionẽ rõne dine ſapiẽtie.qz ſic magis ſeruaret ordo diuine ſapiẽtie. vt em inqt Augu. Ordo peccantiũ i ſupplicijs ſiue peccati in penã manifeſtabit decorẽ dine ſapiẽtie que nõ patitur vniuerſũ ex aliqua ſui parte deturpari. Sed cũ pctõr releuat p ſatiſfactionẽ pena ſeq̃t ad culpã. Cũ ꝓ ſine ſatiſfactione culpa ñ ordinat p penã Igit repatio hũani generis p ſatiſfactionẽ magis ꝯuenit diuine ſapie Tretio rõ ẽ dine honorificẽtie.qz ſic magis ſeruat honorificẽtia dine maieſtatis.nã dũ hõ peccat p ꝑuaricationẽ deũ ihonorat.ſi peccatũ g̃ dimitteret ſine ſatiſfa-

factõe relinqueret absq; honoris ablati recõpensatõ. cũ autẽ satisfactio reddit honor recompensat. Ergo in mõ reparandi hoiem p satisfactionẽ magis seruat honorificẽtia diuine maiestatis q; p aliũ modũ Sz ꝓtra ista arguũt multi Et primo qz dimittere pctã absq; satisfactõne magis oñdit miam dei q̃ est benign⁹ z misericors z prestabilis sup malicia ¶ Secundo qz dimissio peccati absq; satisfactione facit ad diuinã sufficientiã. Ex hoc enĩ oñderet q; emẽdaz nostraz z bonoz nostroz de⁹ nõ indiget. Tertio videret alis dimissio magis facere ad dei potentiã pro eo q; reparatio hois ẽ quedã recreatio. Sed sicut de⁹ solo ꝟbo fabricauit mũdũ. ita sua potẽtia solo ꝟbo hominẽ liberare debuisset. Quarto ex diuisione absq; satisfactõne magis astringeret homo ad laudandũ z amandũ deuz. qz ab ipso plura recepisz. Quito ex tali dimissiõe daret hoi exẽplũ pfectõis in dimissiõe iniuriarũ ¶ Ad oia pdicta rñdet bonauẽ. Ad primum q; vniuerse vie oñi sunt mie z veritas. cuz ipe sit summe iustus z misericors. Ideo in reparatõne generis humani que est excellẽtissima vioꝝ dei congruũ est vt simul currat misericordia cuz iustícia exquo decens fuit vt de⁹ ab homine satisfactionem exigeret pro iniuria sibi facta. Et si homo non posset tunc miseri cordia diuina subueniret ei dãdo mediatorem qui pro eo satisfaceret. ¶ Ad secundũ vero dicit bonauen. q; sicut deus exigit a nobis suoz mãdatoz ob seruantiã nõ propter suam indigentiam sed propter ordinationẽ nostrã. qz debemus ei tãq; dño obedire. Sic z pro peccato exigit emendã nõ ꝓpt̃ hoc q; indigeat sed vt reducat nos ad ordinationẽ debitaz. ¶ Ad tertiũ dicit q; q̃uis in omi tpe dñi ostendatur diuina potẽtia In ope tñ reparationis magis z manifestatur benignitas et mia z p ꝯsequens ipa iusticia cum misericordia annexa. Licet ergo potuisset deus hũanuz gen⁹ solo ꝟbo reparare. maluit tñ reparare cũ difficultate et penalitate. qz magis oportũa erat ibi mia z iusticia q; potentia. ¶ Ad quartũ rñdet q; nõ posset pl⁹ astringi hõ ad laudandũ deũ q; astringit ex eo q; de⁹ sic dilexit hoiem vt filiũ suum vnigenitũ daret. ¶ Ad vltimũ aũt rñdet bonauẽ. q; nõ interest nra in oib⁹ imitari deũ. Jõ ipse vindictã exigit. nos aũt iniurias rẽittere dẽm⁹ pximis absq; vindicta. Jpe tñ dei fili⁹ satisfaciens p nobis exẽplũ de h̃ dedit dũ p suis psecutoꝝ bo exoꝝauit. ¶ Scdm dubiũ fuit vtz ãgelus potuit satisfacere p pctõ homis lapsi. Quidã dixerunt q; sic arguẽdo tñ sicut enĩ hõ cecidit p aliũ impellentẽ. ita videt q; p illũ eundem releuari possit Sz hõ p angelũ malũ cecidit. Ergo videt q; p angelũ maluz potuit releuari. Ad hoc rñdet Alexãder in. iij. sum. q; null⁹ ãgelus nec oẽs sit potuerit p peccato hominis satisfacere. z hoc triplici ratione.

Prio rõe diuine iusticie.
Secũdo rõe seq̃le pcti
Tertio rõne restitutõis.

Primo rõne diuine iusticie q̃ requirit vt q̃ peccauit satisfaciat. Sed peccauit hõ q̃ dz satisfacere hõ. ¶ Secũdo rõne seq̃le peccati. Nã reat⁹ pcti originalis obligat totã naturã humanã z oẽs illi⁹ gñis seu nature ad dãnationẽ eternã. Sz nll⁹ angel⁹ põt se equare toti hũane nature Et sicut dicit Anselm⁹ Illud p quod dz fieri satisfactio dicitur eẽ mai⁹ q̃ ꝯmissum Jõ oportet q; ille q̃ hz satisfacer p pctõ originali sit tãto q; possit equari toti humane nature z q; etiã pl⁹ valeat. ¶ Tertio rõne restitutionis. Nam si homo repararetur oportet q; restituatur ad illam dignitatem q̃ habiturus erat si non peccasset. Si autem repararetur per ãgelos non posset restitui ad illam dignitatem. q̃m si non peccasset esset equalis angelis dei. z idẽ nobis promittitur post reparationem cum dicitur Luce. xx. Et Mathei. xxij. c. Erunt sicut angeli dei in celo. Si autez repararetur per angelos eẽt homo subiectus angelice nature. vñ Anselm⁹ ait. Quecunq; alia persona hominẽ a morte rediret eius seruus idẽ homo recte iudicaretur. ¶ Ad argumẽtũ vero inductũ rñdet Alexãder Quod idẽ ordo seruat⁹ ẽ in lapsu z reparatõe generis hũani Qz sicut ibi fuit ꝯsensus mulieris malo angelo eidẽ suggerẽte. ita in reparatõe fuit ꝯsensus virginis bono angelo eidez annunciãte. ¶ Tertiũ dubiũ fuit vtrum hõ potuit p pctõ illo satisfacere. z posset argui q; sic. qz ꝟm Aug. diuina iusticia ñ pl⁹ exigit in penã q̃ ꝯmissũ fuit in culpa. Sz in culpa ꝯmissũ fuit a pura creatura. ergo pura creatura potuit z debuit satisfacere. Rñdet alexã. q; q̃ntitas pcti ade põt z dz attendi penes

Prio q̃ntũ ad peccãtẽ (tria. s
Secũdo quantũ ad inordinationẽ peccati.
Tertio quantũ ad illum in quem peccatur.

Et q̄ quātitas talis peccati dz sic ꝯsiderari. ptz. qm̄ si q̄s offenderet regē militē pl⁹ offēderat offendēdo regē q̄z militem Ita dīna iustitia artēdit q̄z itatē pcti ade. Cui⁹ pctm̄ lz rōe peccātis fuerit solius creature. tñ peccauit in bonū infinitū scz deū. Insup deordinauit ⁊ reā fecit totā humanā naturā. Ergo ꝑm istos duos respect⁹ peccatū ade ē infinitū ⁊ trāscēdēs oēm hūanā creaturā. Quar satisfactio fieri dz a tali ꝑsona in qua sit infinitū bonuz ⁊ a q̄ sit ordinatio tot⁹ hūane nature. Et cū nulla pura creatura sit talis nulla pura creatura potuit satisfacere Ut ergo dt Ansel. Diuina sapia ita puidit vt satisfactio fieret p xp̄m. qm̄ sic satisfecit de⁹ q̄ potuit ⁊ hō qui debuit. Ipse fuit qui homini lapso dixit. Surge cui⁹ meritis apta fuit nobis ianua celi ⁊ gra p̄ris in humanū gen⁹ diffusa quam nobis ipse largiat q̄ viuit et regnat p infinita scla scl'oz amē

Sabbo. ij. ebdomade ō sā

Hemini dixe

ctissima hūilitate Sermo. xiiij

ritis vsionem. verba sunt redēptoris nr̄i. Matḥ. xvij. c. ⁊ in euāgelio hodierno. Occurrit nobis ad ꝯfusionē super hoc dicere hac die de laudibus humilitatis sine q̄ nec virt⁹ vlla oipotenti deo grata esse ꝓbatur. Est aūt hūilitas ꝑm quod ait Bern. in li. de gradib⁹ hūilitatis ꝑt⁹ q̄ hō ꝑfectissima sui cognitōe sibi ipsi vilescit. Et idez in eplis Hūilitas inq̄t ē ꝑtem ptus ꝓprie excellētie. Scōm ꝓtho. ij. ij. q. clxi. Hūilitas ē spālis ꝑt⁹. qm̄ circa appetitū bonī arduī ē necessaria duplex virtus vna q̄ firmet aim ꝯ desperatiōnē ⁊ impellat ip̄m ad ꝓsecutiōnē bonī ꝑm rōem factā ⁊ hoc facit magnanimitas. Alia q̄ tēperet ⁊ refrenet aim ne īmoderate tendat in excelsa. ⁊ hoc ptinet ad hūilitatē. Ex q̄ ꝑz q̄ humilitas ē virt⁹ nec ē ꝑs magnanimitati. Cui⁹ reprimat aim ne tēdat in magna. q⁊ hoc non facit simplr. sz in illa magna q̄ sunt supra se. ⁊ p ꝯfīs ꝓter rōez rectā. Magnanimitas autez ipellit ad mala. nō q̄cunq̄. sed ꝓportionata. ⁊ p ꝯfīs ꝑm rōem rectā. Nō aūt hūilitas nō connumeratur a philosopho inter virtutes moralesi. ratio potest esse. quia ipse intendebat agere de ꝑtib⁹ scōm q̄ ordinantur ad vitā ciuilez. In q̄ subiectio vni⁹ hois ad altez ꝑm legz ordinē deruat. ⁊ iō ꝯtinet subiustitia legali. Hūilitas aūt ꝑm q̄ est ꝑticularis virt⁹ respicit subiectionem hominis ad deū ꝓpuem etiam alīs humiliando se subiicit. Origē. tñ dicit super illud Luce. i. c. Quia respexit humilitatē ⁊c. In scripturis vna de virtutib⁹ humilitas p̄dicatur. Si vis aūt huius nomen audire virtutis q̄ etiaz a philosophis appelletur ascultaeandē esse humilitatem quam respicit deus. qui ab illis dicit mensuratio siue moderatio. q̄ manifeste pertinet ad modestiam ⁊ temperantiā. De hac ita q̄z humilitate locuturi tria ꝓponemus mysteria declarāda.

Primū dicit acq̄sitōis
Scōm inductōis.
Tertiū regulationis.

Quod volenti humilitatez habere necessaria ē cognitō dei ⁊ ipsius ac ꝓximi in quaz q̄libet tria sunt ꝯsiderāda.

Capitulum primum.

Primū mysterium de humilitate declarādū dicitur acquisitōis In quo videndum est quomō humilitas acquiritur. Et de hoc dicim⁹ q̄ expedit vnicuiq̄z humilitatem habere volēti vti triplici cognitione.

Primo ē cognitio dei.
Secūda ē cognitio sui
Tertia cognitio ꝓximi

Prima est cognitio dei in q̄ de ipo excelso dño ꝯsiderare debem⁹ tria. ꝓmo ꝓpter ipsi⁹ ptātem secundo ipsi⁹ bonitatē. tertio ipsi⁹ maiestatē. Dico dz q̄s humilis ee cupit ꝯsiderare dei potestatē q̄ talis ē ac tanta vt ipe sol⁹ sit oipotēs. nec aliq̄ creatura ad hāc oipotētiā valeat attīgere. Audim⁹ de h̄ voces scripturaz oim tā diuinaz q̄z hūanarū. Un Gen. xvij. dixit de⁹ ad abrahā. Ego sum oipotēs ambula cora me. ⁊ Gen. xxxv. c. ad Jacob. Ego sū de⁹ oipotēs. cresce ⁊ multiplicare. ⁊ Exo. xv. c. Op̄s nomē ei⁹. ⁊ Eccl'iastici. i. c. Un⁹ ē altissim⁹ creator op̄s. ⁊ h̄ habet. s. q̄ de⁹ sit oipotēs. di. xij. c. nouit. ⁊ dis. xxiij. c. q̄ ep̄s. ⁊ di. xxxij. c. preter hec. ⁊ di. l. c. accedēs. c. ꝯsideranduz. ⁊ di. lxxxij. c. p̄sbyter. ⁊ di. lxvi. c. si imperator. ⁊ di. xc vij. capi. victos. ⁊ i. q. i. c. q̄busdā. ⁊. ij. q. i c. de⁹ op̄s. ⁊. viij. q. i. c. in scripturis. ⁊. x. q. i. c. placuit. ⁊. xi. q. iij. c. plerūq̄z. ⁊. xij. q. i. c. cū duo tissimū. ⁊. xiij. q. v. c. scriptū ē. ⁊. xxxij. q. iij. c. obtineri. ⁊. xxiij q. v. c. relegētes. ⁊. xxiij. q. i. c. a recta. ⁊ extra de sum. trita. ⁊ fide catho. c. i. ⁊ C. de episco. ⁊ cle. l. raptores. ⁊. C. de trans actōib⁹. l. si quis maior. ⁊. C. de officio p̄fecti p̄torio afrīce. l i. ⁊ Virgil⁹ in primo eneidos At pater omnipotens spelunciis addidit atris. ⁊ in secundo Jupiter omnipotens precibus

Tū pater oipotens rex cui sū
ma ptās. tanta em̄ est ista po/
tentia dei tāq; imensa q; i ei⁹
opatione ois potētia hominū
z angelo; nihil possit reputa/
ri. Posito em̄ z nō concesso q;
oēs hoies mundi oēs reges et
p̄ncipes qui regnauerūt super
terrā. oēs etiā angeli z beati z
reprobi q̄uenirēt in vnū vt p
ducerēt de nouo vnum solare
corpus quale est illud qđ q̄tti
die cernimus nos illuminare.
vel vnā stellā similē minime q̄
lucet in firmamento: vel vnuz
florem similem rose aut viole:
vtiq; q̄ infinita annoꝝ spacia
id p̄ficere vnq; possent. O in/
finita. o admirāda. o stupēda
potentia sūmi dei· qui oīa que
in celis. que in terris z in ma/
ri sunt z mouenť cū voluit p/
duxit e nihilo. Ob qđ Dauid
in p̄s. dicit. tui sunt celi z tua
est terra: orbē terre z plenitu di
nē eius tu fundasti. aquilonez
z mare tu creasti. ¶ Secūdo
in cognitiōe dei debemus cō
siderare eius bonitatē vt enim
inq̄t Boe. in li. de hebomadi/
bus. Solus deus est bonus q;
suā essentiā. Oia alia sunt bo
na q; participationē. nec tantū
bonus dr deus. q̄nimo vt Isi
dorus dicit li. i. ō sūmo bono
Sūmū bonū deus ē. Et au/
gustin⁹ li. i. de trini. Trinitas
diuinaꝝ p̄sonaꝝ ē summū bo
nū qđ purgatissimis mentib⁹
cernit. ¶ Et si aliquis obiice/
ret q; summū addit aliq̄d sup̄
bonū. alioq̄n omni bono q̄ue
niret. Sed oē qđ se hz ex addi
tione ad aliquid est cōpositū.
ergo summū bonū est cōposi/
tū. sed deus est sūme simplex.
ergo deus nō est sūmū bonus
¶ Rñdet tho. i. parte. q. vi. q;
sūmum addit supra bonū. nō
rem aliquā absolutā. sed rela/
tionē tm̄. Relatio aūt qua ali
quid de deo relatiue dicit ad
creaturas nō est realiter i deo.
sz in creaturis. In deo p̄o sm
rōnem: z sic nō oportet q; i sū
mo bono sit aliqua cōpositio.
Dicit ergo deus bonus q; suā
essentiā bonus. z summū bo/
nū q; oē bonū creature ab ipo
est qui bonitate sua oīa ordia
te p̄duxit in quo nulla est iniq̄
tas neq; defectus siue peccatū
¶ Tercio in cognitiōe dei cō
siderare debemus ullius maie
statē. est em̄ ipse vt ait p̄s. De
us magnus dñs z rex magn⁹
sup̄ oēs deos. z iterꝝ. Excelsus
sup̄ omnes gentes dominus z
sup̄ oēs celos gloria eius. Ipi
cuncta obediūt elemēta. z ad
eius imp̄iū mouenť sol z luna
z oia sidera celi Magn⁹ itaq;
dñs deus noster z magna vir
tus eius z magnitudinis eius
nō ē finis. Quare merito sub
illo humiliari debet ois crea/
tura. illiq; timere. colere. ve/
nerari ¶ Secūdo expedit ve
lenti humilitatē acquirere vti
cognitionē sui. z de hac inq̄t
Bernar. li. de consideratione
ad Eugeniū. Noueris sz om/
nia mysteria lata terre alta ce
li. p̄funda maris. Si te nescie
ris similis eris edificanti sine
fundamento ruinam nō stru/
cturam facies. Et idē secūde
xxxvij. super cantica. Scio ne
minē. abq; sui cognitione sal
uari. de qua nimiꝝ mater sa/
lutis hūilitas oritur. z timor
dñi qui z ipse sicut initiū sa/
pientie: ita z salutis est. z idez
scde. xxxviij. super cantica. Ne
mo sine sui cognitione saluat.
Et aug⁹ in p̄hemio quarti li.
de trini. Laudabilior est ais
cui nota est infirmitas p̄pria q̄
qui ea non respecta vias side/
rū fundamenta terroꝝ z fasti/
gia celoꝝ scrutat. Et Hugo li
bro. i. de anima. Melior es si
teipsum cognoscas. q̄ si te ne
glecto cognosceres cursus si/
deꝝ: vires herbarum. comple
xiones hom nū. naturas ani/
maliū. celestiū z terrestriū sci/
entiam haberes. Multi enim
multa sciūt z seipsos nesciunt
cum tñ sūma philosophia sit
cognitio sit. Et Seneca i tra
gedijs. Nulla mors grauis⁹ in
cumbit q̄ qui ignor⁹ sibi om/
nibus notus moritur. z Ma
cro. li. de iomo scipionis. Dei
fici vox hec fuit oraculi p̄sule
ti ad beatitudinē q̄ tenere pue
nire posset. sic te inq̄t noueris
¶ In hac p̄o cognitiōe sui ip
sius tria dz q̄libet p̄siderare.
Prio p̄priā paruitatē. 2° p̄priā
iniq̄tatē. Tertio p̄priā fragilita
tē ¶ Primo propriā paruita
tem. quia homo pusilus z mi/
nimus est in comparatione ex
celse maiestatis dei. vñ abra/
hā vt scribitur Geneseos. xviij.
dicebat. Loquar ad dominū
meum cum sim pulvis z cinis
Et Sap̄. hominem superbi/
entem reprehendit dicens eccle
siastici. x. c. Quid superbis: ter
ra z cinis ¶ Secundo debet
quis considerare p̄priam iniq̄/
tatem cui occurrere nō potest
nisi ipsa volūtas dei. Conce/
ptus quippe in iniquitatibus
homo ad diuersa nūc venia/
lia nunc mortalia labitur sce/
lera z sic aliqñ ab illis retrahit
ex dei gratia nō p̄pria virtute p/
cedit. Ideo Bernar. sup̄ can/
tica scde. xxxviij. ait. Quomō
nō humiliabit aīa in vera co/
gnitione sui cū se p̄ceperit pec
catis oneratā mole mortalis
corporis aggrauataz terrenis
curis circundatā. carnaliū de

liderioꝛ fece infectã. Cecã curuam. infirmã. implicitã. multis erroꝛib⁹: mille ꝓiculis expositã. mille timoꝛibus trepidã. mille difficultatib⁹ anxiã. mille suspicionibus ob noxiã. mille necessitatib⁹ erũnosam. ꝓcliuam ad vitia ꝛ inualidam ad ꝑtutes. ¶ Tertio debet q̃libꝫ ꝑsiderare ꝓpriam fragilitatem ꝫ. s. fraglis sit humana cõditio cũ vt videmus vndiqꝫ tot imineant ꝓicula. ꝛ sup oĩa cũ necesse sit ꝛ cito moꝛi. Ob qđ Seneca in tragedijs inq̃t. Parce venturis tibi moꝛs paramur. sis lꝫ segnis ꝓperamus ipsi. Quis ẽ eni q̃ viuet ꝛ non videbit moꝛtẽ. q̃si dicat null⁹. Nõ diues. nõ purpurat⁹. non fortis. non pulcher. nõ dñs. ñ doct⁹. Oẽs tandẽ moꝛiemur ¶ Tertio q̃ vult humilitatẽ ꝫ acquirere vtaq̃ cognitiõe ꝓprij. ỏ q̃ ꝑsiderare debem⁹ tria

Primo dignitatem.

Secundo ꝑfirmitatem.

Tertio inscrutabilitatem.

Primo dignitatẽ qua. s. deus ita dotauit pauperes. sicut diuites. ita subditos sicut dominos dñ oẽs fecit ad imaginem ꝛ similitudinẽ suã. Cum eĩ vt inq̃t Tho. i. ꝑte. q. xciij. Homo ꝑfm intellectualẽ naturam ad imaginẽ dei esse dicat ꝑfm hoc maxime est ad imaginem dei q̃ intellectualis natura deũ maxime imitari põt Imitatur aũt intellectualis natura maxime deũ quantuꝫ ad hoc q̃ deus seipsum intelligit ꝛ amat. vnde ꝑm q̃ homo habet aptitudinẽ naturalẽ ad intelligendũ ꝛ amandũ deũ ỏꝛ esse ad imaginẽ dei. ꝛ hec aptitudo ꝑsistit in ipsa natura ꝫmẽtis que est coĩs oĩbus hoĩbus ¶ Secũdo debem⁹ ꝑsiderare in primo ꝑfirmitatẽ. Oẽs quippe hoĩes conformes sũt i natura ab vno patre adã descendentes. Vnde Boetius li. ꝑmo de ꝑsolatiõe ait. Omne hominũ gen⁹ simili surgit ab oꝛtu vnus reꝛ pater ẽ vn⁹ qui cũcta ministrat ¶ Tertio debemus ꝑsiderare in primo inscrutabilitatẽ. sunt equidez primoꝛ secreta cordis inscrutabilia nobis. iuxta illud Hiere. xvij. Prauũ est coꝛ hois et inscrutabile ꝛ quis cognscet illud. Quãuis ergo ꝑfm tho. xxij. vbi s. Indonis que a dõ quis accepit nõ debeat vilioꝛem se putare his qui huiusmodi dona nõ acceperũt. Tñ põt aliquis reputare aliq̃d boni esse in primo q̃ ipse non habet vel aliq̃d mali esse in ipso quod in alio nõ est. ꝛ sic ꝑsiderando oĩa supdicta datur nobis occasio vt deo nos ꝑ humilitatẽ subijciamus ꝛ ꝓximos nõ ꝓtemnamus ¶ Qualit⁹ inducunt nos ad humilitatẽ exhortationes scripturaꝝ est gratia humilitas atq̃ exemplum dñi nr̃i iesu xp̃i q̃ nos ꝫbo ꝛ exemplo humilitatẽ docet

Capitulum scõm

Secundũ mysteriũ declarandũ ỏꝛ inductio. Inducũt q̃ppe nos ad humilitatẽ ꝑcipue tria.

Primũ est exhortatio.

Secundũ gratificatio.

Tertiũ exemplificatio.

Primñ qđ nos inducat ad humilitatẽ ẽ exhortatio sacre scripture ꝛ sanctoꝝ. Inq̃t enim Sap. ecclesiastici. iij. c. Quãto maioꝛ es humiliat e i oĩb⁹ ꝛ coꝛã deo inuenies gratiã. qꝛ magna potentia dei soli⁹ ꝛ ab hũilib⁹ honoꝛat⁹. ꝛ. vij. c. Humilia valde spm̃ tuũ. ꝛ. xij. c. Humiliare deo ꝛ expecta manus eius. ꝛ pueꝛbioꝝ. xxix. c. Humilẽ spũ suscipiet gloria. ꝛ. xi. c. Vbi humilitas: ibi sapientia Et Dauid in ps. Populũ hũilẽ saluũ facies ꝛ oculos ꝛ supboꝝ humiliabis. Et Job. xxij. c. Qui eĩ humiliatus fuerit erit in gloria. q̃ inclinauerit oculos suos ipse saluabitur. Et Jaco. iij. sue canonice. Deus supbis resistit. humilib⁹ aũt dat gratiã suam. ꝛ Petrus ꝑma sua canonica. c a. v. Humiliamini sub potẽti manu dei vt vos exaltet in tẽpoꝛe tribulationis. Et dñs iesus xp̃s Matthei. xxiij. ca. Qui se humiliat exaltabit. Et beata ꝫgo Luce. ij. Deposuit potentes de sede ꝛ exaltauit hũiles. Et Bernar. in li. de gradib⁹ humilitatis Bona via humilitatis qua veritas inq̃rit charitas acquirit ꝛ generationes sapientie ꝑcipiunt. Et gregoꝛ Qui sine humilitate ꝫtutes ceteras congregat quasi puluerem in ventũ poꝛtat. Et Bernar. sup Missus est. pulchra ꝑmixtio ꝫginitatis ꝛ humilitatis. Nec mediocriter placet deo aia illa in qua humilitas cõmendat ꝫginitatẽ. ꝛ ꝫginitas exoꝛnat humilitatẽ. Sine humilitate audeo dicere: nec ꝫginitas marie deo placuisset Et de pe. dis. i. §. taciturnitas Sine humilitate nemini põt esse salus ¶ Secundũ quod nos inducit ad humilitatẽ est gratificatio. Est q̃dẽ hũilitas deo valde grata. ℔ pz. i. qꝛ humiliter oꝛãtes exaudit. vñ Judith. ix. c. Humiliũ ꝛ mansuetoꝝ tibi semꝑ placuit deprecatio. ꝛ Dauid in ps. Respexit i oratione humiliũ ꝛ nõ sprevit pces eoꝝ. Et ecclesiastici. xxxv. Oratio humiliantis se nubes

penetrat. ¶ Scḋo deus irat⁹
humilitate placat̃. sicut p̃z. iiij.
regū. xxij. c. de achab de q̄ di/
xit deus helie. Nonne vidisti
achab humiliatū corā me ₇c.
₇. ij. palipo. xij. c. scribit̃. q₂ hu
miliati sunt filij israel auersa ē
ab eis ira furoris dn̄i. Niniui
te insup humiliati irā dn̄i pla
cuerūt. Jone per totū. Et da
uid humiliat⁹ audiuit nathā
dicentē sibi. Dn̄s abstulit a te
peccatū. Dicebat em̄ ipse in ci
nere ₇ cilicio Miserere mei de
us ₇c. Cor ꝯtritū ₇ humilia/
tū deus nō despicies. ¶ Ter
tio deus humilib⁹ sua reuelat
mysteria. ideo xp̄s matthei. xi
c. ait. Abscondisti hec a sapi/
entib⁹ ₇ prudentib⁹ ₇ reuelasti
ea puulis. Unde aug⁹ li. de v̄
bis dn̄i. Quanto humili⁹ se/
debat maria. tanto ampli⁹ ca
piebat. Confluit eni aqua ad
humilitatē vallis de supcilio
montis Et q̄ grata sit humi
litas deo. Ipsa v̄go humili/
ma in suo cantico docuit du₃
se humiliter dixit. Quia respe
xit humilitatē ancille sue ecce ei
ex hoc beatā me dicent oēs ge
nerationes. ¶ Tertiū qḋ idu:
cit nos ad humilitatē est ex^m
xp̄i q̄ matthei. xi. c. dixit. Dis/
cedite a me. q₂ mitis sū ₇ hu/
milis corde. Ubi aug⁹ lib. de
v̄ginitate ait. nō dixit. discite

a me mūdū fabricare aut mor
tuos suscitare. sed q₂ mitis sū
₇ humilis corde. O doctrinā
salutarē. O magistꝝ dominū
q̄ mortaliū quib⁹ mors pocu
lo supbie ꝓpinata atq̄ transfu
sa est. noluit docere qḋ ipse nō
esset. noluit iubere qḋ ipse non
faceret. hec ibi. Et in li. xiiij. d
ciui. dei inq̄t. Nunc in ciuita/
te dei in hoc seculo pegrinanti
maxime cōmendat̃ humilitas
₇ in eius rege q̄ est xp̄s maxime
p̄dicat̃. Contrariūq̄ huic vir
tuti elationis vitiū in ei⁹ ad/
uersario qui ē diabolus maxi
me dn̄ari sacris litteris cauet̃.
hec ille. Propterea paulus ad
philippensen. ij. c. ait. Humili
auit semetip̄m p nobis factus
obediens vsq̄ ad mortē. Hu
miliauit pfecto nostrā assumē
do naturā. Humiliauit ma/
trem humilē eligendo Humi
liauit in puo tugurio nascēdo
Humiliauit sacramēta humi
litatis circūcisionis. s. ₇ bapti
smi suscipiendo. Humiliauit
v̄gini matri ₇ ioseph se subijci
endo. Hūiliauit hūiles ꝑpisca
tores sibi sociādo. Hūiliauit
in p̄dicatiōe gloriā patris q̄rē
do. Hūiliauit mūdanos ho/
nores spnēdo cū fugit qn̄ vo/
luerūt eū facere regē. Hūilia/
uit ꝯuersādo ₇ ꝑpedes discipu
loꝝ lauādo. Hūiliauit deniq̄

ꝯtumelias. v̄bera. sputa. cru/
cē ₇ mortē abiectissimā patiē/
do. q̄ oia vt dic̄ Cyp. xciij di. c
Dn̄s ab eo hūilr et patiēt̃ ꝑ̄ca
sunt vt nos hūilitatis ₇ patiē
tie hērem⁹ exemplū. Jō Hie/
ro. ad antoniū monachū ait.
Dn̄s nr̄ iesus xp̄s disceptanti
bus de dignitate discipulis
vnum app̄hendit e paruulis
dicēs. Nisi ꝯuersi fueritis ₇ effi
ciamini sicut puuli nō intrabi
tis in regnūc eloꝝ. Nō si doce
re tm̄ nec facere videret̃ docu/
it exēplo dū discipuloꝝ pedes
lauit. dū loquit̃ cū samaritāa.
dū traditorē osclo excepit dū
ad pedes sibi sedēte maria de
celoꝝ disputat regno. dū resur
gens p̄mo mulierculis appare
sat. ¶ Nō. xij. sūt regule ob/
seruāde ab his q̄ humiles esse
volūt q̄ dici etiā p̄nt duodeci
signa vere humilitatis.

¶ Capitulū tertium.

Ertiū mysteriū ꝯtem
plādū de hūilitate ꝯ₂
regulatio. Sūt em̄. xij
regule q̄ ad hūilitatē spectant
q̄s diligent̃ ꝯuare q̄libet deb₃
Pria ḋ₂ ꝓpria vilificatio
Scḋa bona p̄sumptio.
Ter^a laudabil̃ v̄ecūdatio.
Quarta corpalis ꝯpositio
Quinta cauta occultatio.
Sexta primalis delectatio
Septima sapiens auditio.
Octauo affabil̃ ꝯuersatio.
Nona ꝓmpta subiectio.
Decima debita veneratio.
Undecia altitudis ḋclia^o
Duodecia vtilis exercitatio
Prima regula est ꝓpria vi/
lificatio. Qui enim vere hu/
milis esse vult omne bonū do
debet attribuere defectus tan
tummodo suos sibimet appro
prians. Quare viri sancti ₇ a/
mici dei se peccatores dicere se
pius inuenti sunt. nam Pau/
lus vas electionis post visio/
nem christi sibi apparent᷑ i via
post raptum vsq̄ in tertium ce
lum. prime ad Thimotheum
p̄mo capitulo dicebat. Fide/
lis sermo ₇ omni acceptiōe di
gnus. quia dominus noster ie
sus christus venit in hunc mū
dum saluos facere peccatores
quorum primus ego sum. De
beato insuper patre nostro frā
cisco sic scribit In sua legenda
Bonauentura: Omniū vir/
tutum custos ₇ decor humili/
tatis copiosa virum dei vber
tate repleuerat. In propria q̄
dem reputatione nihil erat ni
si peccator cum in veritate spe
culum esset ₇ splendor omni/
mode sanctitatis. Ideo scribi
tur. xi. q. iij. ca. inuistum. Me
lior est in malefactis hūilis sa
cta confessio q̄ in bonis sup/

ba gloriatio. Et qñ cōmuni lege nemo scit certitudinaliter vtrū sit dignus odio vel amore Ideo vt scribit dō. v. c. ad eius Bonarū mentiū est tibi culpaz cognoscere vbi culpa non est.

¶ Secūda regula humilitatis est bona p̄sumptio bñ sentire t opinari de primis suis. Nam vt scribitur in glo. extra de scrutinio in ordine faciēdo. c. ex parte Quilibet p̄sumitur dignus nisi probetur indignus. t de quo libet p̄sumendū ē q̄ sit bon⁹ nisi probet ꝯriū. extra de p̄scriptionibꝫ. c. dudū. ff. ō manumiss. testa. l. seruos. ff. de pbatōnibꝫ l. ab ea parte. lxxvi. di. c. si quid. t. xi. q. iij. c in cunctis. t. xxij. q. viij. c innocēs. t glo. in. c. in nostra p̄tia. extra de procuratoribꝫ aiē. de nemine p̄sumendum est q̄ sit immemor suę salutis. i. q vij. c sancimus ¶ Tertia regula dicitur laudabilis verecundatio debentis humiles erubescere de suis peccatis cū ad hominū noticiā pueniūt. Insup vltra timorē t amorē dei peccata horrere debent propter verecundiā mūdi t in omni sua cōuersatione verecundos se exhibere. ¶ Hinc bernardus sup cātica ait. Nescio an q̄cq̄ gratius. verecūdia aduerti i moribꝫ hoīm queat q̄ est oim ornatus etatū. Sed in teneriori etate amplꝰ pluriusq̄ enitescit. Cicero li. i. de officijs. Hīñ verecūdia nihil rectū esse pōt nihil honestū. Hec verecundia mulieres a virorū p̄sortio indebito prohibet. Iuuenes coraz maioribus absq̄ ratiōabili cā loqui nō sinit. artifices fideles p̄socijs facit. reges terre t principes iuste sobrie t pie viuere cogit. Religiosos t clericos ecclesiecq̄ p̄latos mundos t nitidos a secularibꝫ vitijs t exercitijs esse cōpellit. Ꝯ proh dolor. Sicut propter superbiā extinctus ē generalr dei timor. ita t abolita verecundia mundi.

¶ Quarta regula humilitatis dicitur corpalis ꝓpositō debēt esse humiles ꝓpositi in incessu in locutōe t in gestu vultu et amictu corpis. Nā vt dicit glosa in. capi. cū in cunctis. extra ō elec. Cōpositio corpis qualitatē indicat mētis. xli. dist. in fine. t sapiēs Eccli. ix. c. Ex visu cognoscit vir t ab occursu faciei cognoscit sensat⁹. Amict⁹ corporis t risus dentiū t incessus hois enūciāt de illo. t Hieron⁹. in epla ad furiā. Speculū mētis ē facies t taciti oculi cordis archana fatent. ¶ Quinta regula cauta occultatio Debēt humiles ꝓprias laudes tacere nisi aliud exposceret aut bonor dei vel vtilitas proximi siue necessitas propria. Sexta regula ē proximalis delectatio Qui sunt humiles decent libēter inferre. t ab alijs referētibꝫ delectabiliter audire proximi laudes ¶ Septima regula sapiens auditio. Ad humilitatē spectat audire doctrinā t cōsilia sapientū. ¶ Octaua regula affabilis ꝙuersatio. Debent vticq̄ humiles ꝙuersari affabiliter t benigne. ¶ Nona regula prōpta subiectio. Hec facit deo t superioribus prompte et absq̄ murmure obedire ¶ Decima regula debita veneratio. Debent humiles reuerēter cuz maioribus suis habere. t pre/cipue in diuino cultu. in q̄ rec̄/rūtur etiā corporis mot⁹ vt genuflexiones t inclinatōnes ad ostendendā interiorē reuerentiam t deuotionē cordis ¶ Undecima regula ē altitudinis declinatio. Fugiunt humiles dignitates t magnificētias nisi id suaderet caritas dei t proximi. vel cogeret obediētia. vt in c. Nisi cū prīdē. de renūciatiōe ¶ Duodecima regula ē vilis exercitatio pro deific̄q̄ amore officia vilia exercere. hinc Hiero. ad palmachiū ait. quantūcunq̄ te deieceris hūilior xp̄o non eris. Esto vt incedas pedibus furua tunica vestiaris. equaris pauperibus pauperū cellulas dignāter introeas. cecoz ocl'is sis. pes claudoz. man⁹ debiliū Ipse aquā portes. ligna concidas focum extruas. vbi alape vbi flagella. vbi patibulū. vbi mors. Propterea seraphic⁹ ille frāciscus hūilitatē t caritatē ie/su crucifixi mēor effect⁹ in suo ꝙuersionis sue vt recitat Bonauētura leprosoz obsequia non horruit. Inqt enī de ipso sic ex inde totus būilitatis amatoz se trāstulit ad leprosos. Eratq̄ cū eis diligētissime seruiēs oīb⁹ xp̄i deū lauabat ipsoz pedes ligabat ipsorum vlcera. Educebat plagarū putredinē. t sanie abstergebat. Osculabat etiaz ex mirāda deuotōne vlcerosas plagas ipsoz euāgelic⁹ medic⁹ morsus tur⁹. Sūt t alia sanctorū exēpla similia t sancte Clare. Sancte katherine de sen/is. Sctē elizabet t alioz q̄ breuitatis cā trāsiū⁹. Curem⁹ ergo hūiles esse t videbim⁹ xp̄m nō solū cū petro iacobo t iohanne in mōte trāsfiguratū. sed cū oīb⁹ sctis t beatis angelis in sua maiestate t gloria diuinitatis sicuti est speciosissimū in regno celoz. In quo viuit t regnat p infinita scla scl'oz Amē.

¶ Dñica scda in q̄dragesima de superbia superstitioseruz. Sermo q̄tusdecim⁹ in ordine.

Audet est dominus de his oib⁹ doctoris gentiū ꝙ ba sunt ista Pe. ad thessalonicēses. iiij. ca. t in epla hodierna. Postq̄ diaboli electi fuerūt de celo empirea ꝓpt illoꝝ supbiā semp in volūtate maligna pdurant vt hoib⁹ pesse velint etiā in hac vita pnti. Qđ vt facilī⁹ assequantur pmittēte sic iusto deo maleficijs t artib⁹ magicis se imiscēt in qb⁹ ad aliquos effect⁹ nacales pducēdos coopant. Cū enī ipsi multa sciant t possint q̄ cognitionē nr̄am ac facultatē excedūt scia t vi nature sue hec inferioza iuuāt ad accelerandam suā operationē. Qua de repleri q̄ diabolo familiaritate ac qđ dā cōmercio se cōiungūt. t artib⁹ nepharijs implicitī alios adhuc inducūt. vt diabolos veneretēur. i oib⁹ ei hmōi maleficijs adoratione suā diabol⁹ vel implicite vel apte procurat. Unđ Aug⁹. xxvi. q. v. c. Nec miruz ait. Ad hoc inectit diabol⁹ vt adoret quasi de⁹. Ad tantā nāq̄ elationē deuenit vt etiā cuz temptauit xp̄m de hoc illū rogasserit. Qz nō multi sunt etiaz hodie q̄ diabolo se subijcere in superstitionib⁹ noxijs ex sua superbia nō formidāt. Idcirco in pnti ꝑmone de supbia superstitione dicem⁹. Opponit eni superstitio religioni q̄ cultuz exhibet vero deo. Et iz multipliciter fiat tñ nos triplicē superstitionem distinguem⁹ ꝑm quā cult⁹ diabolo exhibetur.

Prima dr diuinatōis:
Scda observatōis.
Tertia cofederatōis.
Qđ superstitiosa ē diuinatio q̄ fit vel ꝑ somnia vel ꝑ auguria vel ꝑ iudicia astrologoꝝ cū ipi psumūt ea q̄ dei sūt pnūciare.

Capitulum primum

Prima superstitio dicit diuinationis. Est aūt diuinatio p̄cognitio et pnunciatio futuroꝝ contingēt tū ex falsa t vana opinione cōsilio vel auxilio demonis tacite vel exp̄sse inuocato ꝑm Tho. scda scde. q. xcv. Et peccatum est mortale. quia est contra illud p̄ceptum. Deuteronomij xviij. c. Non sit qui consulat diuinos Secundum vero Isidorum ethicorum. Diuini dicuntur quasi deo pleni. quia diuinitate plenos se simulāt. Ideo dicit Hieronimus prima questione prima capitulo Judices q̄ diuinatio semper submittur in malam partem. quoniam diuini vsurpant illud quod ē proprium dei. Unde Ysaie. xli. cap. dicitur. Annunciate que vētura sunt in futurum t sciem⁹ q̄ dij est. Et Hiero. super illo verbo Danielis scdo capitu. Sermo quem tu rex queris grauis est nec reperitur qui ꝙ qui indicet illum exceptis dijs quoruz non est cum hominibus cōuersatio. Inquit. Confitētur magi. confitentur arioli t omnis scientia secularis litterature p̄scientiam furoꝝ nō esse hominis sed dei. Hec ille. Prenunciatio vero prophetica non est superstitio. quia prophete ñ vsurpant sibi quod deo conuenit. sed dicunt t pnunciant qđ illis a deo reuelatur. Sciendum tamen secundum doctorem bonauenturam in scdo di. vij. t tho. vbi supra q⁹ cause secunde in produetione suoꝝ effectuū se hñt tripliciter. Nam aliq̄ producunt effectus semper t de necessitate. Et ex consideratione hutusmodi causarū si quis prenunciat tales effect⁹ etiam per certitudinem nō est superstitiosum nec illicitum. Sicut prenunciant astrologi eclipsiz solis t hutusmodi. Alij quevero cause producunt suos effectus. Et si non de necessitate t semper tamen vt in pluribus. Et hutusmodi effectus ex consideratione suarum causarum possunt prenunciari p̄cōiecturas t si non per certitudinem. Sicut medici ex dispositione infirmi predicunt mortē vel sanitatem t astrologi siccitates vel pluuias ex ꝯsideratōne corpoꝝ celestiū. Alie cause sunt que ad vtrūlibet se habēt scz ad esse t nō esse in producēdis effectib⁹. Sicut sunt potentie anime rōnalis que causant actus humanos libere. q⁹ pōt homo facere t nō facere hoc vl illud q̄ctum est in se. Et etiaz euentus fortuiti qui nō habēt causam naturalem. Sicut q⁹ quis fodiendo terram inuenit thesaurum. Huiusmodi effectus anteq̄ sint scire est proprium dei. cui omnia sunt presentia quantūcunq̄ distantia in futurum. Ut enim scribitur in glo'. prima pe. vltimo capi. In agnitione diuine veritatis t preterita t presentia t futura equaliter presentia sunt. Et Augustinus, sup' Johannem inquit. In veritate que manet preteritum t futurum nō inuenio. sed solum pñs t hoc incorruptum. Assignatur autez ratio a Bonauentura in primo distinctione triceſimanona. q⁹ quanto res est presentior. tanto cognitio est nobilior. Sed deus omnia cognoscit nobilissime. ergo que cognoscit presentissime cognoscit. Ueruntamē hoc potest intelligi dupliciter.

Aut itaq notetur p̄sentialitas a pte cognoscentis. t sic ē vez quia deus omniū ideas habz p̄sentes t simul per q̄s cognoscit res futuras ita certitudinaliter sicut si essent p̄sentes Aut q notet p̄sentialitas a pte cognitoz. t sic non oia cognoscit p̄sentialiter t simul. qz nō oia simul sunt in ꝑprio genere t in suo esse. Velle igit cognoscere que deus solus certitudinalit cognoscit absq ipsius reuelatione ptinet ad diuinationem vbi interuenit operatio demonū Et q̄uis id multis modis fiat. nos tñ hoc loco triplicem diuinationē confutandam diuidemus.

Prima est que fit p somnia
Secūda q̄ fit p iuēta mēdacia
Tertia que fit p astrologorum iudicia.

Prima ē diuinatio que fit per somnia. de qua dz Deutero. xviij. t. xxvi. q. vij. ca. Non obseruetis. Nō inueniatur inte qui obseruet omnia. Notandum tamen q somnia possūt tripliciter euenire.

Primo a natura
Secundo a diabolo.
Tertio a deo.

Primo a natura t h̄ modo aliq̄ somnia hñt causam naturalē extra hoiem somniantē sicut ē influentia celi. cui⁹ ifluxione agit in hoie dormiēte ꝓpter q̄rē omniū sensuū exteriorz qua fit vt q̄nq̄ ex influētia planetaz frigubz t humubrū videat alicui q̄ sit in itinere. et aquaz inundatio supueniat. vel q sit in mari. aut in flumine t hꝰmōi. Et q̄nq̄ talia signa p̄nt significare pluuiā futuraz que est effectus planetaz frigidoz t humidoz. Aliq̄n somnia hñt causam naturalem in hoie somniante. vt ē abūdantia diuersoz humoz. ꝓpter qō medici dicūt esse intendenduz somnijs infirmoz ad cognoscendū dispōnem interiorē infirmi. Nā q̄nq̄ ex abūdantia colere somniant ignē rixas t lites t huiusmodi. Ex abūdantia humoris melancolici somni aut casum ex alto. ꝑsecutionem inimicoz fugā t similia. Ex abūdantia flegme somniant aquas nauigatiōes t huiusmodi. Ex abūdantia sanguinis somniāt volatū i altuz t similia q̄ sūt quedā signa ad cognoscendas infirmitates p̄sentes t futuras p̄cauēdas.

Recitat galie q q̄dā sōniauit sibi in ventrē fūdi piscē ardentē t estuari in igne picis eo qō colerā adustā nigrā t incēsaz habuit in ventrē. t hāc cū surrexit a sōno emisit. t liberatus fuit. Aliud ex⁹ ponit q q̄daz

volens splenē cogitās q̄d deberet facere: sūniauit q minueret se sup manū inter duos digitos. s. auricularē t annularē Et cū vigilaret sic fecit t ꝓualuit. Aliq̄n somnia hñt causam volū tariū in hoie somniante. vt cū aliq̄s cogitat vigilando sup aliq̄ re: postea ꝺ illa somniat. Scdo somnia eueniūt a diabolo illudēte. Nam pōt in somnis hoibz apparere: t illos illudere multipliciter si nō fuerint cauti. vñ legit in secūda collatiōe abbatz Doy si de quodā q̄ freq̄nter illusus a diabolo sub specie boni angeli sibi apparente in somnis. Tandē ex eius mādato piecit se in puteū. Et ꝺ q̄dā alio qui similiꝰ illusiōe seip̄z circūcidit. Et de alio q̄ꝑpriū filiuz more abrahe circūcidere voluit. iō caute incedendū. qz vt scribit Ecclesiastes. v. ca. vbi multa somnia: ibi multe vanitates. t Ecclesiastici. xxxiij. c. Oltos errare fecerūt somnia. Tertio somnia eueniūt a deo: qui vult aliq̄ i somnis hoibz ꝓreuelare. vñ Gen. xxxvij. ca. vidit Iacob in sōnis scalā Et gen. xxxvij. c. vidit pharaonē in sōnis spicas t vaccas. Et Dan. ij. ca. vidit Nabuchodonosoz statuā. In quibz visionibz revelata sunt mysteria dei. Et Matth. ij. c. Angelus dñi apparuit in somnis Joseph monens vt fugeret in egyptū. Et eodē. c. magi admoniti fuerūt in somnis ne redirēt. ad herodem. Et Bonauen. in legēda bti Francisci narrat qualiter postq̄ scūs frācisc⁹ vestiuit illū militē nobilē t pauperem Nocte seq̄nti cum se sopori dedisset: palatiū speciosum t magnū cū militaribz armis crucis signaculo insignitū. is pro cuius amoze militi egeno subuenerat: dignatiua sibi reuelatione monstrauit. necnon visa oia sua foze militumq̄ suoz signū crucis xp̄i vexillū ꝓstant assumeret sub asseuerationis certitudine repromisit. De sancta Lucia scribit in sua legenda. q dū oraret ante sepulchz beate Agathe obdormiuit. et vidit in somnis beatā agathā i medio angeloz gēmis ornatam: stantē t dicentē sibi. Soroz mea lucia ꝓgo deo deuota Quid a me petis qō ipsa poteris p̄stare cōtinuo matri tue nā t matri tue fides tua subuenit. t ecce sanata ē. Et sicut p me ciuitas catanensiū sublimatur a xp̄o. ita p te ciuitas siracusana decorabit. qz iocundum deo in tua ꝓginitate habitaculū ꝓparasti Sic Constantia filia Constātini vidit

in somnis beatam Agnetē Et mater sancti dñici i somnis visionē habuit de bto dñico. Et brūs silvester soci⁹ beati francisci añcp̄ eius sequeret vestigia visionē in sōnis habuit de draco ne ingenti ⁊ imani quē franciscus fugabat. ¶ Apud gentiles etiā multa recitātur revelata in somnis. Vñ Valerius libro primo Rubrica ¦ō somnis concordans cum Suetonio. Narrat q̄ uxor cesaris vidit in somnis fastigiū domus labi. ⁊ cesarem in sinu suo iacentē multis vulneribus pforatū q̄ somnū atrocitate vehemēter exterrita eū rogare nō destitit, vt die proxima se a curia abstineret. ¶ Qua die postea viginti tribus vulneribus ꝓfossus occubuit. Anno etatis sue ſm Suetonium sexto ⁊ ḋquagesimo Narrat insup Valeri⁹. q̄ Simonides poeta pegre vadēs cuz naus in qua erat applicuissz ad litt⁹. ⁊ corp⁹ inhumanuz iacēs vidisz sepulture mādauit. Cuius bñficio ⁊is q̄ ¦sepult⁹ fuerat motus nocte sibi in somnis apparuit. eūcp̄ ne proxima die nauigaret monuit. ¶ Qui somno parens in terra remānsit. Illi vero qui inde decesserunt nauigātes in ei⁹ ꝓspectu pcellis et fluctib⁹ absorpti sunt ⁊ suffocati. ipse letat⁹ ē q̄ vitā suaz somnocp̄ nauī credere maluisset. Secūda ē diuinatio q̄ fit p inuēta mendacia. Finxerūt eni q̄dam posce cognosci futura p augu/ria. dū ex ꝓsideratōe motuum vel vocū auiū vel quozūcuncp̄ aialiū futuros euētus fortunij vel infortunij precognosci posse dixerūt. Pro q̄bz dicit tbo. xxij q. xcv. Ōō instinct⁹ naturalis vī mouent bruta ad suas opationes causari pōt dupliciter vno mō ex ea cā corpali. cū eni bruta nō habeāt nisi aiam sensitiuā cuius oēs potētie sūt actus corpaliū organoz subiacet corpaia dispositōi ꝓtinentiū corporū ⁊ primordialiter celestiū. Et ideo nihil prohibet aliquas eorū opatōes esse futuroz euētuum signa inc̄ptum ꝓformātur dispositōi bz corpoz celestiuz et aeris cōtinētis. ex q̄bz prouenient tales futuri euentus. Sed in hoc sunt duo ꝓsiderāda Primū q̄ huiusmodi opatiōes nō extendentur nisi ad precognoscēda illa futura q̄ causantur p motus corpoz celestiū. Secundū est vt nō extendantur nisi ad ea q̄ aliqualiter possūt ad huiusmodi aialia ptinere. Cō sequuntur enim per celestia corpora conditionem quandā naturalem ⁊ instinctum ad ea q̄ eorum vite sunt necessaria sicut sunt imutationes q̄ fiunt p ventos ⁊ pluuias ⁊ hmōi. ¶ Alios euentus vel ex motu vel garritu aialium precognoscere. vt casus fortuitos ⁊ actus hoim p⁹tinet ad superstitionē. Alio mō instinctus brutoruz causatur a causa spirituali. ⁊ hoc vel ex deo vt fuit in coruo heliam pascente ⁊ cete ionam deglutiente. vel ex demone qui vtiq̄ apparitionib⁹ brutorū ad implicādū homines vanis opinionibus. Ideo deuteronomij. xviij. ca. dicitur. Non inueniatur in te qui obseruet auguria. Ōō aūt Joseph dixit Gen. iij. c. p dispēsatorem suū q̄ non esset similis ei in auguriēdi scientia sēm Aug⁹. locutus ē ioco nō serio. xxvi. q. ij. c. Ōō ait. Et forte h̄ referēs ad opinionem vulgi q̄ sic credebat de eo. Talia itaq̄ auguria superstitiosa repudiāda sunt. Sicut etiam gētilis cesar faciebat. Narrat q̄ppe de illo Johānes solobriensis in policratione li. ij. Quod nullo augurio nullaue superstitōne a q̄ cunq̄ incepto potuit reuocari. Cōtigit autem vt q̄ncp̄ affricam proficiscēs i egressu nauis prolaberet. verso itaq̄ in melius omie. Teneo inquit te affrica eāq̄ obtinuit. Idem refert Suetonius ⁊ Frontinus li. i. de re militari Fuerunt ⁊ alij artificioso ingenio sortes ꝓponētes quorum vsu ea que ventura sunt precognosci posse assueuerunt ⁊ cognosci quid agēdū sit. ⁊ dicuntur tales sortes diuina torie vel ex capitulis quibusdam scriptis in vna longa charta cum filis pendentibus ad illa capitula adligatis vl ex quibusdam cedulis scriptis in occulto repositis considerādo quam quis accipiat. vel ex prolectione taxillorum sēm certa puncta capitula designantia et huiusmodi de quibus. xxvi. q v. capi. Sortes. ait Leo papa. Sortes quas patres dānauerunt nil aliud q̄ diuinationes ⁊ maleficia decernimus. ¶ Et licet quidam dicunt illas sortes quibus vtunt fuisse ab apostolis inuentas. falsum tamen dicunt. vt patet. xxvi. q. i. ca. i. vbi materia ista diffuse tractatur. Ideo nō curo sermonez in hoc extenderere cum tantū intendam diuinatorias sortes superstitiosas execrari. ¶ Tertia ē diuinatio q̄ fit p astrologoz iudicia Jpi eni qñcp̄ igerit se ad iudicādū ō effectib⁹ puenientib⁹ a volūtate dei ⁊ hūani liberi arbitrij dispositione. Et ad h̄ deuenerit q̄dā moderni dñi vt nec cōedere audeāt nec pānos nouos iduer. nec edificare āt q̄cp̄ dōestica negocia agerī icipe absc̄p̄ vaticinio astronomoz. q̄ si dixerit ꝓspera euētura. q̄ incipe

volūt illa incipiūt. si vero ꝯtra riū ab illis desistūt. ¶ singula rē stulticiā ducere vitā cū confi dētia planetarū. Si hoc neces/ sariū esset vnusquisq; cōqueri posset de ipso optimo deo ꝺdita q; ab illo tā egregie rerū oīm/ natura clamat Aristoteles. deꝰ et natura nō deficiunt in necessa/ riis. Astroꝝ noticia repitur in valde paucis. z q̄ cā profitētur nō sunt vt in pluribꝫ in illa pfe cti. Sed sint sicut pthelomeꝰ vel Habi ambragel aut albu/ masar. Dicāt mihi si hūana vi ta regulāda ē ꝑm cursuz astro/ rū Quid faciēt ppli. Quid ar tifices. Quid agricole. Quid mercatores. q̄d clerici. q̄d reli/ giosi. q̄d in liberalibꝫ artibꝫ et theologia ac iure canonico z ci uili tot eruditissimi hoies q̄ ꝺiū/ ctionē planetaꝝ ignorāt. qui si gna adhuc zodiachi nesciunt. Nunq̄d in tenebris erāt omia illoꝝ opa. Nunq̄d astrologoꝝ studia sectari debēt. ¶ pnitio sum errorē ꝺ quē Paulꝰ ad co locēses. iij. c. ait. ¶ Omne quod cunq; facitis in ꝙbo aut ī ope in noīe dni nr̄i ihesu xp̄i facite Ad xp̄m itaq; aspiciendū ē nō ad astra ad ip̄m recurrendū vt dies z actꝰ nr̄os in sua pace di/ sponat. nō ad astrologos. Ipsi us deniq; implorandū auxiliū vt liberemur a pculis iminen

tibꝫ. Deꝰ ipe vitā nr̄am guber nat qui occidere pōt z viuifica re. Ipse vtiq; nō fecit speras ce loꝝ z stellas vt hoī dñarentur ira vt hoīes in oibꝫ suis motibꝫ z̄ opibꝫ illarū ꝓsiderarēt influ/ rus sed vt hoim vsibꝫ deseruī/ rēt. Ut enī inquit Tho. i. pte q. lxx. Dysteriū luminariū ce/ li explicat Ben. i. c. p tria q̄ con cernūt hois vtilitatē ¶ Primo enī ꝓuenit vtilitas ex ipsis quā tū ad visum. q̄ ē directiuꝰ i opi/ bꝫ. qz nihil videtur nisi in lumi ne. vt dicit in. ij. de aia. Et sic p visum discernit vna res ab alia Et quantū ad hoc dicit deꝰ fi/ ant luminaria celi vt luceāt in firmamēto z illuminēt terram Et si argueret q; nihil fit ꝓpter vilius se. qz finis ē nobilior his q̄ sunt ad finē Sed luminaria celi sūt nobiliora q̄ terra. ergo nō sunt facta vt illuminēt terrā Rñdet Tho. q; in illuminatō ne terre intelligit vtilitas hois terrā ipam inhabitātis q̄ secū dū aiam p̄fertur corpꝰ lumia riuz. Nihil tñ prohibet dici q; dignior creatura facta est pro/ pter inferiorem nō scōm q; ī se ꝓsideratur sed ꝑm qordinatur ad integritatē vniuersi ¶ Se/ cundo ꝓuenit vtilitas homī ex ipsis luminaribus quantuz ad vicissitudines tempoꝝ qui bus z fastidium tollitur z vali

rudo conseruatur z necessaria victui oriuntur. que non essent si semper esset aut estas aut hy ems. et quantum ad hoc dixit deus. z sint in tempora z dies z annos. ¶ Tertio ꝓuenit vtilitas cū ad opportunitatē ne gociorꝝ z operum inquantum ex luminaribus celi accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni que sunt apta diuer/ sis negociis. Et secunduz hoc dicit. z sint in signa. s. corporali um transmutationū non autez eorum que dependent ex libero arbitrio. Et licet sint causa hu/ iusmodi transmutationum ta men dicuntur hic signa. vt oc/ casio ydolatrie tollatur ab eis qui indifferenter omnia vt ꝓ/ dictum est astrorum virtuti et dispositioni ascribūt. Ergo iu dicent astrologi de naturalibꝰ effectibus a causa naturali pro uenientibus de eclipsi solis z lu ne. de imbribus siccitatibꝰ vē/ tis z similibus. Illa vero futu ra que vel a deo vel ab hominis voluntate dependent relin/ quant ipsi deo qui cuncta gu/ bernat. z cuius iudicio iusto et iam in presenti seculo bona vl mala. prospera z aduersa hoī/ bus accidunt. Dicit enim sapi ens ecclesiastici. xi. capitulo. bo na z mala. vita z mors. paup/ tas z honestas. a dño deo sunt

vidi ego diebꝫ meis iudicia mꝝ ta astrologoꝝ. in q̄bꝫ ipi mortē magorū virorū determinabāt. z tñ aliꝫ euenit vt in pluribus. licet q̄ñq; aliq̄s mortuꝰ fuerit. qz mortalis erat sicut z omēs morientur. ¶ De sixto q̄rto pō tifice maximo multa p̄nūciata sunt ab astrologis falsa etiaz a primo anno sue sanctissime co/ ronatōis. Quidā vero ī astro rū peritia nō mediocriter eru/ ditus quinq; iā elapsus est an/ nus quo mihi secum familiari ter ꝓfabulanti affirmatiue refe rebat anno illo pontificē ipsum moriturꝝ. Quid securū ē explē tia docet. Dtent igit astrologi in terminis nature z principi/ bus suadeāt vt ad deū cōdito rē stellaꝝ semp recurrāt Quia vt dicit sapiēs Ecclesiastici. ij. c. Respicite filij natōes homi nū qz nullꝰ sperauit in deo z cō fusus ē ¶ Si q̄s ꝙo obijceret z q̄ astrologi multa ꝓa p̄dicūt q̄ alioq̄ cōem cognitionez exce dūt. ¶ Rñdet Augꝰ. li. v. de ci ui. dei. c. vij. dices. Hō imerito credit cū astrologi mirabiliter mꝝta vera rñdent occulto instī ctu fieri spirituū malignorum q̄ cura ē falsas z noxias opi/ niones de astralibꝰ factis inse/ rere humanis mentibus atq; firmare non horoscopi inspecti z notati aliqua arteq̄ nulla ē

necmirari quispiã debet q demones futura ptingentia aliqñ pdicere faciãt vel astrologis vel maleficis t diuinis. qm vt ait Bonauẽ. in. ij. di. vij. q uis demones nõ possint per seipsos futura contingẽtia scire certitudinaliter tamen frequẽter vera predicunt. quia eueniunt futurorum aliquo modo psciunt. Et hoc est quadrupliciter ſm augustinũ sup genesim ad litterã. Aut em sensus vel ingenij acrimonia. aut multa experientia. aut dolosa cautela. aut aliena doctrina. Sensus vel ingenij acrimonia. vt qñ vident diligenter t psiderant ad quid inclinet affectio nostra. vel que sint inducẽtia vel retrahentia. Expientia tẽpor. qr ex talib videruñt accidere talia. ¶ Dolosa cautela qñ ponũt aliquid facere t pdicũt quasi aliqd sint facturi. ¶ Aliena doctrina: qñ iusto dei iudicio pmittunt addiscere ab angelis. Quare ipsi demones futura cõtingẽtia pñt psumere pbabiliter: nõ tñ certitudinaliter scire. Sic vt puto repzesentare pñt absentia t distãtia q ipsis ab alijs spiritibus velocissimis discurrẽtib sciũt. ita vt nec qs diabolico misterio q in remotis fiũt mẽte cognoscat. Sicut factũ fuisse recitat aul⁹ gel. li. xiij. no. atti. Incipit em. Quo gaius cesar t gneus Pompe. die ciuile bellũ signis collatis in thessalia pfligerũt res accidit paraui in trãspadana italia memoria digna. Cornelius qdã sacerdos t loco nobilis t sacerdotij religionib venerandis t castitate vite scũs repente mota mẽte pspicere se pcul dixit pugnã accerrimã pugnari. At dĩ de alios cedeꝛ alios vrgeꝛ: cedẽ fugã tela volãtia. instauratõnẽ pugne impssionẽ gemitus per vulnera. pinde vt seipse in prelio versareꝛ coram videre sese vociferat⁹ ẽ. At postea subito exclamauit cesarẽ vicisse. At cornelij sacerdotis ariolatio leuis tñ qdẽ visa ẽ t vecors magne mor admirationi fuit. q non modo pugne q in thessalia pugnata ẽ. necp plij exitus q erat pdict⁹ idẽ fuit. Sed oẽs qqz pugnãdi recipzoce vices t ipa exercitiũ duop pflictatio vaticinãtq motuarcp pbis rpsentata ẽ. hec aulus gel. nõ igit de monũ sũt qrẽda psilia siue vt pcognoscantis futura. siue vt sciant distãtia. Deo ista sũt relinqnda. t ab ipso semp vt pdictũ ẽ in cũctis exercitijs t actib auxiliũ expetendũ.

¶ Ds superstitiosa ẽ obseruantia carminũ t portationis breuiũ atcp tempoꝛũ.

Capitulum secundũ.

Tertiũ in quo artifices ⁊ mercatores pec care solent ẽ fraudulẽta reprobata. Pro declaratõe tñ huius partis notãda sunt tria. ¶ Primũ notandũ ꝑm tho. ij. ij. q. lviij. qlz astutia fraus ⁊ dol⁹ possint in actibus aliorũ pcõrũ reperiri cõmuniter tñ in vicio auaricie circa acquisitionẽ tpaliũ, cõsueuerũt exerceri. Astutia aũt ꝓprie ẽ cũ qs ad ꝯsequendũ aliquẽ finem bonũ vel malũ vtitur nõ veris vbis seu medijs sed simulatis et apparẽtibus. Hoc aũt est peccatũ. qz ꝯ rõem rectã vnde ⁊ñ prudentiã. Nec etiã ad bonuz finẽ oportet falsis vbis ⁊ simulatis uenire. sed reis ⁊ realibus qõ facit prudẽtia. Et qz similitudinẽ hz cũ ea in eo. scz ꝙ vtit ad quiendũ ad finẽ intentuz illis medijs q̃ ꝯcludũt ad ipm Sed prudẽtia instis ⁊ debitis medijs vtũtur ad bonũ. Astutia debitis medijs ad malum finẽ. Ideo ipsa astucia aliquãdo dicit prudentia propter diẽtã similitudinẽ. sz impproprie. Sic ergo astutia consistit in excogitatõe dictarũ viarũ simulatarũ ad aliquẽ finẽ ꝯsequendũ Puta in ꝓposito ad decipiẽdũ ꝓximũ in tpalib⁹. ¶ Scõm notandũ ꝙ dol⁹ est executio astutie ꝑm tho. vñ ꝯsistit in executione dictarũ viarũ falsarũ que excogitãtur ꝑ astuciã ⁊ principaliter fit ꝑ ꝓba ad decipiẽduz ꝯ̃ quis etiã ad malicias cordis excogitatas ad decipiendũ extẽdatur etiã dolus. Juxta illõ Eccli. i. c. Cor tuũ plenũ ẽ dolo. ⁊ ad opa deceptoria ꝑm illõ Hieremie. vi. Cuncti faciũt dolũ. fit ergo dolus ꝑ ꝓba ⁊ facta deceptoria. Fraus autẽ ꝓprie ꝑ facta Et sic hẽs dñam inf fraudẽ ⁊ dolũ. Et sic dicitur fraus ⁊ dol⁹, nemini debẽt patrocinari. extra de rescriptis. c. ex tenore: vt fraus inferatur ad facta de-

ceptoria dolus ad verba. Tertiũ notandũ ꝙ fraudulentia ad proximũ decipiendus fieri põt multipliciter.

¶ Primo in rei quidditate.
¶ Scõo in sui quãtitate
¶ Tertio in eius q̃litate.
¶ Quarto in solueẽdi tarditate
¶ Quinto i ꝓcij mutabilitate.
¶ Primo fit fraudulẽtia in rei quidditate siue substãtia. vt si vẽdatur auricalcũ ꝓ auro. vn⁹ lapis ꝓciosus ꝓ altero vinũ limphatũ pro vino puro et hmõi. ꝑm enim tho. ij. ij. q. lxxvij. arti. ij. Illicitũ est vẽdere aurã ⁊ argentũ alchimiatũ. qz nõ ẽ adeo puz sicut vez nec hz illas ꝓprietates ⁊ ꝛtutes. pura quia non letificat coz nec valet ꝺ aliqs infirmitates ⁊ hmõi. Tñ si ꝑ alchimiã fieret verũ aurũ nõ essz illicitũ vẽdere pro vero. qz nihil ꝓhibet artẽ vti aliqbz naturalibz causis ad ꝓducẽdos ꝛ̃oseffectus ⁊ nãales. sic̃ aug⁹. docet in li. de trinitate ꝺ his q̃ fiũt opa demonũ. ¶ Aduertendũ tñ ꝙ in his q̃ vacant hmõi exercitio alchimie cõmuniter verificat illud apli in. ij. ad thimo. iij. ca. Semp addiscẽtes ⁊ nũq̃ ad sciẽtiã ꝛitatis puenientes. Expientias mitas facitũ ⁊ q̃si nunq̃ ad ꝓfectũ effectũ deuenitũt. Multa consumunt in huiusmodi ⁊ tempus ⁊ pecunias et laborem ⁊ famam ⁊ semper in paupertate viuunt. Aurifices quoq̃ fraudem cõmittũt quãdo in vasis argenteis que vendunt non recipitur argentum in tot ligis in quot esse deberet; Aromatarij etiam in hoc deficiunt permiscentes in cera in sirupis ⁊ medicinis multa sophistica. ¶ Nõnulli adhuc vel falsant monetas vel radunt in circuitu. Pro quibus dic̃ glo. in. c. Quanto. extra ꝺ iureiurãdo. Qui falsat monetam principis exuritur. C. de falsa moneta. l. ij. Qui falsat monetam ciuitatis capite punitur. C. eodem. l. i. Sed ille qui nũmos raditvel scindit si liber ẽ datur ad bestias si seru⁹ vltimo supplicõ punitur. ff. ad. l. coz. ꝺ fal. l. quicunq̃. Item punitur ille in cuius domo falsa moneta cuditur. licet illud ignoret. C. de falsa moneta. l. i. ¶ Secũdo fit fraudulentia ad decipiendum proximum in rei quantitate in pondere numero ⁊ mensura Quod prohibetur Deutero. nomij. xxv. c. vbi dicitur. Non habebis in saculo tuo diuersa pondera maius ⁊ min⁹. Et leuitici. xix. c. Nolite facere iniquũ aliqd in iudicio in regla in põdere ⁊ mẽsura. In põdere qui dẽ fraus est cũ dat qs vndecz

vncias ꝑ duodecim vel ꝑ vna libra carnū aromatū piscium lane lini ⁊ aliaꝝ rerꝝ ponderabiliū. Jn mensura fit fraus cū dak de panno lineo vel laneo mīnus debito. ⁊ sic de alijs q̄ mensurank. Jn numero vt cū quis dat aliquas res in certo numero dare numerꝝ diminutū tribuit. Dēs tales sic fraudanter peccant ⁊ tenenk ad restitutionē vel dānificatis vel paupib⁹ si paꝝ ē vel incertum dānū Jura etiā ciuilia puniūt huiusmodi falsarios. Nā. ff. ō extraordi. cri. l. annonā. Adrianus ĩpator eū q̄ falsas habuit mensuras in insulā relegauit. Jdē. ff. ad le. coꝛ. de falsis. l. penultima. Tertio fit fraudulentia in rerꝝ qualitate cum s. vendunk carnes infecte ꝑ sanis. aromata antiqua ꝑ recentib⁹. Coꝛuū fragile ꝑ durabili Jtal infirmū ꝑ sano. ¶ Sed querik an vēditoꝛ teneak sp dicere defectū rei quā exponit venalē. Respondet Tho. ij. ij. q lxx vij. q aut ē occult⁹ aut manifestus. Si occultus tūc aut talis defectus reddit vsū illi⁹ rei venalis ĩpeditū vel noxiuꝝ aut nō. Si sic puta cū q̄s vendit equū claudicantē ꝑ velocī vel domū ruinosaꝝ ꝓ firma vel cibū coꝛruptum ꝓ sano: peccat grauiter iusticiaꝝ committendo in fraudulēta vēditione ⁊ ꝓximū ⁊ hoc dānificando Tenetur ḡ manifestare vitiū rei. ff. de actio. emp. ⁊ vēditio. l. i. §. Venditoꝛ. vbi dꝛ q̄ si vendit oꝛ scit seruitutē deberi a ꝑdio vēdito emptoꝛe ℏ ignorante: tenek emptoꝛi ad interesse. ⁊. ff. de edili. edic. l. i. §. Nunc. ⁊. §. Si intelligik. dicik. Qui mācipiū vēdit dꝛ certiorare emptoꝛē de moꝛbis ⁊ vitijs eius. Et. ff. de acti. empti. et ven. l. Julianus habek q̄ deceptus a falso venditoꝛe sciente defectū hꝛ actionē ꝯ eū q̄m in tradendo deliq̄t. Cū pōt ꝑdere ius petendi remediū nimis diu expectando si videlꝛ transit ann⁹ vtilis a tpe venditionis ⁊ moꝛbi cogniti. ff ō edili. edi. l. sciendū. ⁊. l. cū ser. Si aut tē defectus rei nō impedit totaliter vsū ei⁹ nec reddit notā sed minus reddit rē vtilē si diminuat de ꝑcio quātū impoꝛtat ille defect⁹ cel ādo defectū nō peccat. dū tū nō dicat mendaciū. nec tenek manifestare vitiū rei si tunc nec iustū ꝑciū inueniret vel etiā emptoꝛē. Pō em adhuc talis res esse vtilis ad plura. ⁊ si non ad oīa ad q̄ valeret exist ens sine defectu. Multomagis si defectus sit manifestus. puta qꝛ equus est monoculus nō tenek manifestare sed tenek ꝑciū diminue rep illo defectu quē emptoꝛ ignoꝛat nisi vsus eius eēt periculosus vel noxius. Tunc em tenetur emptoꝛi dicere illud ignoranti. imo nō deberet exponere reuenditioni ꝑcipue si extimet emptoꝛē ex leuitate ⁊ ꝑsumptione non curare se periculo ꝑsone exponere vel aliū in vendēdo rem defectuosam decepturuꝝ. Nec ex hoc q̄ aliq̄s fuit deceptus in emēdo rem defectuosam credēs bonā pōt ipe similiter aliū decipe vendēdo ꝑcio iniusto ac si nullū defectū haberet postꝫ defectū nouit. sicut nō licet furari alteri vel ledere puta petro eo q̄ martin⁹ furatus est sibi. ¶ Quarto fit fraudulēta in solutiōis diminutione ⁊ tarditate q̄n nō solvik laboꝛāti ꝓ opꝛe suo termino debito. Quod faciūt multi nō tam ex ipotētia q̄ꝫ ex auaritia. qꝛ cū illa pecunia debita solui mercēnarijs vel alijs volūt aliq̄ tpe negociari ⁊ lucrari Sed ℏ ē ꝯ mandatū dñi Leuitici. xix. dicētis. Non morabik opus mercēnarij tui apud te vsq̄ mane. Eīn dñs vinee cū sero eēt factū. vt scribik matthei. xx. cap. dixit procuratoꝛi Voca operarios ⁊ da illis mercedē ꝓm ꝓuentionē factā. Aliq̄n etiā plerīq̄ dant eis falsam monetā. Aliq̄n subtrahūt de debito sub diuersis vijs. Hꝛ quid de depositarijs ⁊ officialib⁹ cōitatū hīntib⁹ dare pecunias noīe cōitatis qui retinēt soluēdo his qui debēt recipere aliq̄s denarios. Rīdek. q̄a aut tales sunt salariati a communitate sufficienter ꝓm laborem officij ⁊ qualitatē. aut nō Jn ꝓmo casu non pñt exigere nec recipe nō obstāte ꝓsuetudine q̄ potius coꝛruptela ē. Jn secūdo casu videk eos posse exigere ⁊ ꝓsuetudinē eos excusare que rōnabilis ē cū seruiat illis ꝑsonis. ⁊ nemo cogak de suo facere bñficiū. xiij. q. i. § ꝓmo. ¶ Quinto fit fraudulentia in pecunia ad res mutabilitate ex quo diminuik debituꝝ ꝑciū promissū. qꝛ nō indigentes aliq̄n talib⁹ reb⁹ ꝓducti in aliquo opꝛe cū vendūt minus ꝑciū accipiūt q̄ꝫ ꝓsistit eis cōtra tales loquik Jacob. v. ca. dicēs. Ecce merces opariоꝝ qui messuerūt regiōes vestras q̄ fraudata ē a vobis clamat ꝯ vos: Nec imerito. qꝛ gue peccatū ē hoc mō paupes laborātes defraudare. Nā cuꝝ pacta honesta debeant seruari. extra de pac. c. i. ⁊. xx. q. i. c. puelle. ⁊ ff. de pactis. l. Jure gentiū. iō cū quis ꝓducitur ad aliquod opus si promittit sibi dare ꝓ-

cuniam nō debet illi dare victu alia vel pannū vel alias res ni sī inquantū velit ipse cōductus sua spōte vel nisi alio mō non posset sibi soluere ex defectu pecunie. Sūt t alie decipiēdi artes fictiones t diabolice inuentiones q̄s malign oscūt illi q̄ talia agūt nos q̄ ea merito reprobam⁹. Nō est hodie veritas nō rectitudo. nō caritas nō pietas nō deniq; dei timor in filijs hominū cū oēs currāt post denariū t vt thesaurisēt diabolo potius q̄ deo seruire conant. Hi auaricie veneno dulci inebriati regnū celoꝝ viribꝫ totis effugiunt. Ad qđ nos pducat iesus xp̄s filius dei benedicti. Cui sit laus t gla per infinita secula seculorum Amen.

¶ Ferta sc̄da post dn̄icā oliua ru. De auaricia lusoꝝ.

¶ Sermo q̄dragesimus xertius

Aut erat. Scribuntur hec ꝓba Johan. xj. ca. t in euange. ho. Perijt iudas ꝓpter auaricia q̄ ad reliq̄ p illū ꝓmissa facinora impulit. Ob illā quippe furabat elemosinas oblatas xp̄o t sibi commissas. Ob illā de magdalena vngente caput iesu murmurabat. Ob illā denicꝫ pessimū iesum vēdidit triginta denarijs. Sed nō ipse solus hoc vicio pditus fuit cū quasi innumeros hēat consortes vel imitatores sicut patz in p̄cedētibꝫ. vbi diximus de auaricia multoꝝ. Preter illos vero inueniūtur. t alij q̄ cupiditate pecunie ludēdō rape satagunt aliena. Idcirco in p̄senti ꝑmone de auaricia lusoꝝ ꝙba faciem⁹ In quo de ipso ludo tria mysteria ꝓponim⁹ declarāda.

¶ Primū dicit distinctōis.

¶ Sc̄m malignatōis.

¶ Tertiū restitutōis.

¶ De multiplici ludo. s. qui fit ex deuotōe vel ex recreatōe vl̄ cupiditate t mala intēctione

¶ Capitulum primū

Primuz mysterium de ludo declarāduz dicit distinctōis In quo notandum q̄ ē triplex ludus.

¶ Primus deuotionis.

¶ Sc̄us recreationis.

¶ Tertius offensionis.

¶ Prim⁹ ē lud⁹ deuotōis. Ad hunc inuitat psal. dicēs. Oēs gēres plaudite manibꝫ iubilate deo i voce exultatōis. Hūc ludū dō exēplo suo facer docebat cū ludere ipe t ois isr̄l corā archa dn̄i vt habet. i. pali. xij c. Saltans nud⁹ t psallēs ob

deuotionē t affectū eximiū ad xp̄m quē intellexit figurari i archa illa i q̄ erāt ꝓga magna t tabule legis mosaice q̄ desig̃bāt tria. s. deitatē xp̄i potētissimam carnē purissimā t aiam xp̄i sapientissima. ¶. De hac archa sic scribit Aug. x. li. de ciui. dei. c. t. xvij. Lex dei quā moyses accepit in archa erat posita. q̄ archa testimonij nuncupata est: Erat ipa lex in tabulis cōscripta lapideis t in archa' posita' Hāc tpe pegrinatōis i hermo cū tabernaculo qđ sil'r appellatū ē tabernaculū testimonij cū debita sacerdotes veneratione portabāt Signūcꝫ erat q̄ p di em nubes apparebat que sicut ignis nocte fulgebat. q̄ nubes cū moueret castra mouebant' t vbi starent castra ponebantur. Reddita sunt aūt illi regi magni miraculi testimonia Et infra sequitur Aug⁹. In introitu terre ꝓmissionis iordane archa transeunte fluuiū⁹ uersus est retrorsum t populus p siccuz trālijt. Deide ciuitas q̄ prima hostilis occurrit more gentium dos plurimos colōs septies eadem archa circūacta murit re/pente ceciderūt nulla manu oppugnati nil'o ariete pcussi Post hoc cū in terra ꝓmissionis eēnt t cadē archa ꝓpter eorū peccata fuisset ab hostibus capta. hi qui eā ceperāt in templo dei sui quem p̄ceteris colebāt honorifice collocauerūt abeuntes cꝫ causerunt. Apertocꝫ postera die simulacrum cui supplicabant inuenerunt collapsum deformiterꝫ fractū. Quaz archā ipi populo iudeoꝝ reddiderūt. Imposuerūtcꝫ eum plaustro eicꝫ iuuencas a quibus vitulos suggentes abstraxerant subiunxerunt t eas quo vellēt ire dimiserunt. At illi sine hoie duce atꝫ rectore ad hebreos ꝑgdientes nec reuocare mugitibꝫ esurientium filiorum reportauerunt. hec Aug⁹. Dum vero dauid luderet coraz ista archa michol vxor eius euz despexit. q̄ significat synagogā olim dei sponsam despicientē xp̄i humilitatē t veritatē mysterioꝝ ei⁹: Dixit aūt dauid ad michol ludā t vilior fiā plusq̄ fact⁹ sū t humilis ero in oculis meis. vt habet. ij. reg. vi. c. vñ t ipa michol multum dilecta a dauid. punita ē a deo facta sterilis bonis opibꝫ. s. ipsa synagoga vsq; ad finē mūdi Filles sunt ludo dauid ludi repñtationis nativitatis t resurrectōnis iesu xp̄i t hmōi. dum tñ deuote fiant vt ponitur a doctoribꝫ extra ō vita t hone. cleri. c. Cum decorem

¶ Sc̄us ludus ē ludus recreationis cū q̄s vtitur aliquib⁹ ver

bis vel factis solactosis ob re/
creatōnē sui ⁊ alioꝝ ita tñ ꝙ nil
turpe ibi misceatur vel deo aut
proximo iniuriosum nec grauitas
animi totaliter resoluat ⁊ talis
lud⁹ ꝑm Tho. ü. ÿ. q. clxviÿ. p
tinet ad virtutez eutrapelie. vt
dicit Aristo. in. iÿ. etbi. Et ꝺz
alicꝭ eutrapeli⁹ a bona conuer
satōe. s. bñ ꝙuertit aliq̄ dicta vl
facta in solaciū. Et in cęterū per
hāc virtutē bō refrenat ab imo
derātia ludoꝝ sb modestia cō/
tinet. Sicut enī bō indiget cor
porali quiete ad corpis refocil/
lationē. qz nō pōt ꝯtinue labo/
rare ex eo ꝙ bz finitā virtutem
q̄ determinatis laboribꝫ ꝓpor/
tionat. Ita etiā ex pte aie cuius
virt⁹ est finita ad determiatas
opatōes ꝓportionata ē. Jō qñ
vltra modū suū in aliꝭs opa/
tōes se extēdit labꝛat. ⁊ ex hoc
fatigat p̄sertim. qz in opatōibꝫ
aie simul laborat corp⁹ inęstuz
scz aia intellectiua vtit viribus
p organa corporea opantibus
Sūt aūt bona sensibilia cōna
turalia hoī. Et iō qñ aia supra
sensibilia eleuat opibꝫ rationis
intenta nascitur exinde q̄dam
fatigatio aialis siue bō inten/
dat opibꝫ rōis practice¦ siue spe
culatiue. Et magꝭ si opibꝫ ꝺtē
platōis intēdat. qz p hoc magꝭ
a sensibꝫ eleuat. cuius forte i ali
q̄bꝫ opibꝫ exterioribꝫ rōnis pra
etice maiꝛ labꝛ corpis ꝓsistat
Sicut ergo fatigatio corpalis
soluit p corporis quietē. ita etiā
oportet ꝙ fatigatio aialis soluat
p aie quietē. Quies aūt aie est
delectatio vñ oportet remedium
ꝺ fatigationē aialē adhibere p
aliquā delectationē intermissa
intētione ad insistendū studio
rōnis. Hinc aug⁹. n. iÿ. musice
ait. Volo tandē tibi pcas. Nā
sapientē decet interdū remitte/
re aciē rebꝫ agēdis intentā. Et
Aristo. in. iÿ. etbi. In hui⁹ vi
te ꝙuersatōe quedā requies cū
ludo attendēda ē. Ex hoc legit
de btō Johāne euāgelista ꝙ cū
quidā scādalizaret eo ꝙ cū aui
cula luderet mādauit ei vt arcū
quē gerebꝛt traheꝛt nec sagittā
emitteret sed tractū sic retinerz
Qđ cū ille fecisset ⁊ aliqñ p la/
boꝛe remisisset. quesiuit vtrum
sic tractū arcū detinere ꝺtinue
posset. Qui rñdit qz si sic face/
ret ⁊ ipse laboꝛe deficeret ⁊ arc⁹
ꝙfringeret. Ubi btūs Jobānes
subintulit. Sic⁹ animꝰ homis
frāgeret si nunqꝫ a sua intētiōe
relaxaretur. ¶ Ꝺz in hmōi lu/
dis tria sunt attēda ¶ Primū
ꝙ nō querat delectatio in aliq/
bꝫ opationibꝫ vel verbis turpi/
bus vt supius dictū est. vnde
Tulli⁹ in. i. de offi. ait. Est vnū
gen⁹ iocādi illiberale petulans
flagitiosum obscenū. ¶ Ꝺcō
attendendū ē ne totalis grauit/
tas aie resoluatur. vñ Cicero
li. ꝓfato ait. Necꝫ enim a natu
ra ita generati sum⁹ vt ad ludū
⁊ iocum facti esse videamur. sz
ad seueritatē potius ⁊ ad q̄daz
studia graviora ait maiora lu/
do aūt ⁊ ioco vti quidē licet. sz
sicut sōno ⁊ quietibꝫ ceteris cuz
grauibꝫ seriisqꝫ rebꝫ satisfecerit/
mus. Et Ambro. li. ō offi. La
ueam⁹. caueam⁹ dum relaxare
aiam volum⁹ ne soluam⁹ oēm
armoniā quasi ꝺtentū quendā
bonoꝝ operū. ¶ Tertio atten
dendū ē vt ludus conueniat p
sone tempori loco ⁊ ꝑm circun
stantias debite ordinetur duz
sic fit ludus conueniens est. vñ
aliqui ludi inuenti sunt. vt pro
pueris ludus pile. pro iuueni/
bus iactus pali. cursitatio. pro
viris ludus scacoꝝ q̄ nec etiaz
clericis ē prohibitus. Tamen
ad tollendū scādalū laicoꝝ nō
debent clerici coꝝ laicis lude
re vbi scandalū esset. Histriōa
tus honestus inuentus est pro
dñis p̄cipue tpalib⁹. ⁊ sic de ali
is. ¶ Tertius ē ludus offensi
onis. hic est cū in eo offendit de
us. Sicut fit in turpibꝫ repñta
tionibꝫ ⁊ piculosis ac nociuis
exercitijs in torneamentis pale
stra ⁊ precipue i ludo alee ⁊ hu
iusmodi. Et qz hec plena sunt
peccatis. Ideo Aug. de pe. di.
vi. dicit de penitente cohibeat
se a ludis. Et sancti viri tales
ludos euitauerūt. vñ Thobie
iÿ. dixit sarra. Cū ludētibꝫ nō
me miscui. nec cum his q̄ am/
bulāt in lenitate. De ludo aut
tem alee null⁹ dubitare debz ꝙ
sit peccatū cū prohibeatur per
legē canonicā ⁊ ciuilem. vt ꝓz
ff. de aleato p totū. ⁊ in auten.
de sanctissimis ep̄is. §. Inter/
dicim⁹. Et extra de vita. ⁊ ho.
cle. c. Clerici. ⁊ di. xxxv. cap. i.
Et ꝑm Guillermū ludus alee
intelligit omnis lud⁹ q̄ innitti
tur fortune. vt lud⁹ taxillorū.
charthaꝝ naiboꝝ cęterorū. cuius i ludo
chartarū ⁊ naiborū sit aliquid
idustrie hmōi lud⁹ p̄nt ee mor/
tale petīn si fiat ex cupiditate ñ
recreatione.

¶ Qđ quatuordecim sūt ma
lignitates q̄ inueniūtur i ludo
ex quibus huius vicij grauit/
tas apparere p̄nt

Capitulum secundum:

Ecundū mysteriuz
declarandū de ludo
dicit malignatōnis
In ludo quippe alie
multe malignitates reperiunt
oñdentes hui⁹ vicij grauitatez
¶ Prīa malignitas ē infamia
hoc enim victo laborātes infa
mes redduntur ita vt quilibz
viri graues abhorrēt eoꝝ socie
tatem effugiantqꝫ parentelas.

¶ Secūda malignitas ē amissio tpis. Nā ipsi lusores tps male ꝓsumūt ꝛ ad idē inducūt alios aspicientes. ¶ Tertia malignitas ē blasphemia. In hocvitupabili exercitō plusq̄ i ceteris blasphematur deꝰ ꝛ tota celestis curia. ¶ Quarta malignitas est cōtumelia. Lusores enim sepe sibīmuicē ꝓtumelias ꝛ ꝓba iniuriosa dicūt. ¶ Quinta malignitas est dissipatio substātie tpal' Frequēter siquidē videmꝰ hoc euenire q̄ amplissime facultates ꝓsumūtur p ludū. ¶ Sexta malignitas est furtum. Naz q̄ sunt dediti ludo cū nō habēt ad ludendū furātur vel a parentibꝰ occulte accipiēdo ꝛ furtum est vel ab vxoribꝰ vel a vicinis vel a magistris si sunt in exercitio artiū mechanicarū. ¶ Septima malignitas est gula. qui enim vincunt in ludo sicut male acquisierūt pecuniā ita male expendūt. quia vadunt ad tabernas vel faciunt cōuiuia et in vicio gule ac crapule multa exponūt. ¶ Octaua malignitas ē homicidium. Ipsi equidē lusores aliq̄n de verbis veniunt ad ꝓbera ꝛ de verberibꝰ ad vulnera ꝛ homicidia ¶ Nona malignitas ē negligētia. Sunt lusores negligētes ad res diuinas nō curant audire missas diebꝰ festiuis nec predicatōes ꝛ spūalia cuncta postponūt. ¶ Decima malignitas est odiū. Naz oduntur eos qui vincūt aliquando seipsos ꝛ qō peꝰ ē deū q̄ nō facit eos vincere. Et in tantū odium insurgūt q̄nq̄z vt quod nō possunt ipsi sceleri homines in persona dei ꝛ sanctoruz faciant in picturis ꝛ imaginibus. de quibus miraculose aliquādo exiuit sanguis. Et aliq̄n tales a demonio arrepti sūt ꝛ vexati. Oduntur etiā homines reprehendentes eos de tāto scelere. ¶ Undecima malignitas est iracundia redeunt q̄nq̄z lusores domū postq̄z perdiderūt pecuniam iracundi impatientes turbantq̄z vxoreꝫ ꝛ familiā totaz. ¶ Duodecima malignitas est tristicia ꝛ accidia. nam ille qui perdit multa vexat angustia ꝛ quādoq̄z aliqui ad tātam desperationem venenerūt vt seipsos occiderūt. ¶ Tertia decima malignitas eit participatio sceleris. nā qui dant pecuniā lusoribus ad ludendū propter lucri. mortaliter peccant Qui mutuant taxillos vel domos ad ludendū. ptcipes sūt tanti sceleris. ¶ Quartadecia malignitas ē pessima sodomia Adolescentuli enim miseri vt habeāt ad ludendū assentiunt omni turpitudini dātibꝰ eis pecunias pro ludo. Propter hec

oia cōminat deus lusoribꝰ dicens Isa. lxv. ca. Qui ponitis fortune mēsam ꝛ libatis super eā numerabo vos in gladio. Ponūt mensam fortune q̄ ludūt exponētes se fortune. ꝛ isti feriunt gladio dine vltiōis siue in pnti p tpalia flagella siue in futuro p ēternas penas.

¶ Sed circa hoc querit q̄d iuris cū altercantibꝰ duobꝰ puta petro ꝛ martino sup aliquo rei cuētu p̄terito vel futuro puta morte alicuiꝰ dñi vel aduētu alicuiꝰ p̄ncipis vnus vt petrus asserit mortuū talē dñm vel venturum talē p̄ncipē ad talē ciuitatē infra certū tēpus Qō si secus fuerit obligat se martino datuꝝ centū vel simile. Ita tñ q̄ si ita nō ē vt asseruit martinus q̄ tenebat Petrū versa vice teneat dare petro centū vel simile fm̄ ꝓuentionē ad inicē factā vtꝝ tale lucꝝ sit licitū. Rñdent doctores q̄ nō. ſz ē turpe lucꝝ p̄cedens ex auaricia ꝛ nulli deseruiens vtilitati sed vanitati. Nō tñ restituere oportet de necessitate. sed pauperibꝰ ē erogandū. ꝛ hoc magis ex ꝓsilio q̄z ex p̄cepto. ꝛ videt hēre similitudinē aliquam ad ludū q̄tū ad futuꝝ euentū Nulla em̄ lex mādat restōnem in hmōi. ꝛ si lex dīna ꝛ naturalis phibeat o:m actū auaritie ꝛ illicite acq̄sitiōis vt mere retricij ꝛ torneamenti.

¶ De varijs opinionibꝰ an sint restituenda acq̄sita per ludos phibitos. ¶ Ca. iij

Certū mysteriū declarandū de ludo ꝺ restitutiōis. Scēz em̄ tho. ij. ij. In tribꝰ casibꝰ teneat quis restituere qō acq̄siuit p ludū ꝺ iure dīno ita q̄ nō debet pauperibꝰ erogari sed restitui nisi cū nescirent vel non inuenirēt psone sicut accidit in alijs restitutionibus. ¶ Primus casus ē cū acquirit quis ab his q̄ alienare non p̄nt fm̄ Ray. vt sunt furiosi, pdigi, minores. xxi annis ꝛ maxime pupilli ꝛ mentecapti, surdi, muti, ceci. ꝛ q̄ p petuo morbo laborāt. q̄z enim tales rei sue prouidere non p̄nt. dādi sunt eis tutores vel curatores Insti. de curato. ff. furiosi. Et qō dictū ē de pdigi videt intelligēdū de his q̄bꝰ rōne pdigalitatꝭ dati sūt curatores a iudice ꝛ nō ꝺ alijs Serui etiā cū q̄q̄d hāt fit dñoꝝ ꝛ q̄q̄d fuꝰ vtilis acq̄rit dño suo acq̄rit. C. p q̄s p̄so. no. acq. l. i. ff. de tpib pub. l. pecuniā. quare ipsi sui alienare nō p̄nt. Ꝛz religiosi si qua hērēt ad vsū suū vl p administrationē. illa tñ donare vel alienare ñ p̄nt illicite vt i ludis vñ q̄ eis vicerēt etiā

plātis ad restō nem tenētur vel monasterijs vel plātis. Clerici quantū ad res ecclesie alienare non pñt in ludis Filijfamilias q̄ emācipati ñ sūt a patre alienare nō pñt per ludum vel alios modos. Similiter vxores si nō habeant paraphernalia. Qui itaq̄ acq̄rit ab his per ludū. tenet restituere tutoribus vel curatorib⁹ vel plātis aut dñis eor. nisi forte sit quid modicū de quo p̄sumi. posset. q̄ curatores & alij p̄nominati nō curarent. ¶ Sc̄os casus est cū acq̄rit quis p fraudes putarum vendo falsis taxillis vel alio mō decipiēdo. nā hoc restituēdum est ei q̄ amisit vel habēti curā eius. reputat em̄ h⁹ vt furtū. ¶ Tertius casus ē cū q̄s attrahit aliquē ad ludū per vim vel nimiā ipoxtunitatē siue in p̄ncipio ludi siue in medio cū alius vellet dimittere ludum & alius nō sinit. Cū aūt quis lucratur i ludo cū volūtario valente alienare & sine fraude an restituere teneat. Aliqui dicūt q̄ debet illud paup⁹ erogare & de necessitate & nō posset sibi retinere. Alij ꝓ dicūt hoc de honestate ꝓsilij nō de necessitate p̄cepti fiendū. Et quāuis p̄ma opinio sit securior & ideo potius ꝓsulenda: nō tñ de necessitate iponendo. Nā Tho. & Ricar. in. iij. vil dicunt de erogatione pauperib⁹ fienda q̄ ad eos q̄ nō sūt astricti legibus imp̄ialib⁹. Jo. an. & Jo. calde. sup. ca. clerici. de vita & hone. cle. dicūt tutū eē ꝓ talia pauperibus erogare. nō tñ dicunt fore necessariū. Franciscꝰ de zabarellis dicit posse defendi talez opinionē. s. q̄ nō debeāt oino talia pauperib⁹ erogari. q̄ ꝓsuetudo potuit dñium p̄dentis invincentē trāsferre Jo. ō imola ista allegat & ñ reprobat. Rai. etiā in sūma sua dicit q̄ ꝛ multi sapientes dixerint acq̄sita p ludos alee nō restituenda sed pauperib⁹ eroganda. Tñ mō sic fuat q̄ nec ad erogādū pauperib⁹ sint cogēdi. Sed fieri p̄t de hꝰ mōi elemosyna sicde meretricio q̄ō vtiq̄ ꝓsulit nō ipat Petrus ō palude dicit in q̄rto aliquos tenere q̄ q̄ nō ē locupletior ampliusnō tenet qui. s. p̄didit q̄ō p ludū fuerat lucratus lege humana p̄hibitū. q̄a talis nō erat obligat⁹ pauperib⁹ rōne alicuius p̄cepti ab⁹s vel cōmissi in eos. Igit ne det via ludis & turpib⁹ lucris ꝓsulendū ē & p̄suadendū ad erogandū paupib⁹ & p̄cipue q̄ntū ad illud q̄ō remanet in lucro vltra p̄dita in eo & alia saltem paulatim & p̄ interualla tēporum. Hou tñ vt ē dictū q̄s est ad hoc cogēdus. sed discretē si fieri p̄t inducendus. Corrigant se itaq̄ lusores & reuertātur ad dñm. quia ipse dabit illis gratiam & tandem gloriaz sempiternam Amen.

Feria. iij. post dñicam oliuaz De peccato odij.

Sermo q̄dragesimus quart⁹.

Oberunt mē gratis. Scribūtur hec verba p̄s. xxxiij Suffocauit mētes phariseoz ardens odiū quod ad xp̄m p̄pter suā iniquitatez habebāt. Illo em̄ excecati omnem iusticiā q̄uerterunt: oisq̄ humanitatis obliti mortē cruelissimā innocētis Jesu p̄curare conati sunt. Similes aūt illis efficiūt pleriq̄ xp̄iani qui odio primoz detenti nec confiteri neq̄ cōmunicare volunt Inueterata q̄ppe odioꝝ inimicitias retinētes: diabolo potius placere studēt q̄ xp̄o. Non mouent stimulo conscientie. nō p̄ceptis ecclesie. non amicoruz suasione. non doctrina p̄dicatoz. nō denicq̄ memoria christi ihesu p nobis crucifixi. Idcirco in p̄senti sermone decreui ō odio in generali loqui de quo redemptor noster dicat verba ppōsita. affirmans q̄ iudei oderunt euz gratis ideſt sine cā Distinguemus autem triplex odium.

¶ Primum est odium dei.

¶ Scōm est odium sui.

¶ Tertium est odium p̄mi.

¶ De odio dei qualiter. s. & ex qua causa potest haberi odio. & q̄ odium dei est grauissimuz peccatoz. ¶ La. p̄mū

Primū est odiū dei fugiendū ad detestandum de quo consideremus tria scilicet

¶ Possibilitatem

¶ Causalitatem

¶ Grauitatem

¶ Primo ꝓsideremus ō odio dei possibilitatē: Quō videlz possit deus haberi odio q̄ sic declarat Tho. ij. ij. q. xxxiij. Odiū inq̄t ē q̄dā motus appetitiue potētie q̄ nō mouetur nisi ab aliquo ap̄henso. Deus aūt dupl'r ap̄hēdi siue cogsci p̄t. ab hoie Uno mō p̄m se ip̄m puta cū per essentiā videt Alio mō per effectus suos cuz s. inuisibilia dei p̄ ea que facta sunt intellecta ꝓspiciunt. Deꝰ aūt p essentiā suā ē ipsa bonitas quā null⁹ odio habere potest. q̄ de rōne boni est q̄ ametur. & ideo ipossibile ē q̄ aliq̄s videns deū p essentiā illū odio hēat. Un Dion. li. de diui. no. c. iiij. ait Omnib⁹ amabile & dilīgibile est p̄mū bonum & pulchz. Est autez ipse deus

ſpſa bonitas ⁊ pulcritudo. Jn cuius aũt deus cognoſcit̃ per effectus ſuos ſciendũ q̃ aliqs effectus dei ſunt qui nõ poſſũt vllo mõ cõtrariari volũtati humane vt eſſe viuere ⁊ intelligere. Libet aũt hoc eſt appetibile ⁊ amabile oĩb. vñ ſcõm q̃ dr̃ apprehẽdit̃ vt actor hoc effectuũ videlz incõtũ eſt creator bñfactor veritas ⁊ hmõi. ñ põt odio haberi. Ideo dyoniſius ait q̃ dr̃ oia couertit ad ſeipſum incõtũ. ſ. eſt oĩb principiũ eſſendi: q̃ oia incõtua ſunt tendũt in dei ſimilitudinẽ qui eſt ipm eſſe. ¶ Scõo conſideremus de odio dei cauſalitatem nã ſunt q̃dã effect̃ dei q̃ ex malicia hoĩm ſunt ipſis cã vt deũ odio habeãt. q̃ repugnant inordinate hũane voluntati. Hi ſũt ꝓhibitio pctõr. inflictio auerſor. ⁊ denegatio deſideratorũ. Ex hoc enim q̃ deus ꝓhibet aliqua mala que aliqui vellent facere. ſed cõſcientia remordet ⁊ nõ ſunt ita libere agere ſine ſtimulo remordẽte. vel etiã q̃ alĩ nõ aſſentiũt male voluntati eorũ ex ꝓhibitione dei. Ideo odiunt deũ qui talia ꝓhibuit. Aliqui vero odiunt deũ ꝓpter aduerſa q̃ ſuſtinẽt a dõ ⁊ numero iſtorũ ſunt dãnati. de quibus in ps̃. dicit. Superbia eorũ qui te oderunt. aſcendit ſemper. Non tamẽ omnis qui odit penas odit deum. Nam multi tolerant patienter penas ex reuerentia diuina. Sz prorumpere in odiũ ipſius dei punientis tanq̃ iniuſte puniat quod faciunt dãnati hoc ẽ odire diuinã iuſticiam. Alĩ vero odiunt deum cum non implet illorum deſideria quod ſepe fecit ꝓ ipſorum beneficio quibus dicere poteſt. Neſcitis q̃d petatis. ¶ Tertio conſideremꝰ de odio dei grauitate. Eſt q̃pe peccatum illud grauiſſimũ ⁊ vt inquit Tho. Oĩm peccator peſſimũ q̃ opponitur dilectioni dei que ẽ optimũ homis. Et ſcõz philoſophũ. viij. ethicorum. Optimo opponit peſſimũ. Jnſuper defectus peccati conſiſtit in auerſione a dõ que auerſio rationem peccati non haberet niſi voluntaria eẽt. vñ peccatum conſiſtit in voluntaria auerſione a deo. Sz hec voluntaria auerſio per ſe importatur in odio dei. Jn alĩs ꝰo peccatis participatiue ⁊ quaſi per aliud. Sicut enim voluntas per ſe inheret ei quod amat. ita ⁊ per ſe refugit id quod odit. vnde quando aliquis odit deum auertitur ab eo ſecunduz ſe voluntas eius. Sed in alĩs peccatis. puta cum fornicatur nõ auertitur a deo ꝑm ſe ſz ꝑm aliud incõtum ſcz appetit inordinatam delectationem que habet annexam auerſionez adeo. Semper autem id quod ẽ per ſe eſt potius eo q̃d ẽ ꝑ aliud.

¶ De odio ſuĩpſius ⁊ quomodo vnuſquiſq̃ tenetur ex caritate diligere ſe ⁊ corpus ꝓpriuz ⁊ q̃ peccatores non ſe diligunt.

Capitulum ſecundum.

Secundum eſt odiũ ſuĩpſius cum quis odit ſemetipm. Sz vt clarius hoc intelligatur tria hoc loco dubia ſũt diſputanda.

¶ Primũ vtrũ hõ teneat diligere ſemetipm ex charitate.

¶ Scõm vtrũ corpa nr̃a ſint ex caritate diligẽda.

¶ Tertum vtrũ peccatores diligant ſeipſos.

¶ Ad primũ dubiũ rñdet tho. ij. ij. q. xxv. q̃ cũ caritas ſit amicitia quedam dupliciter poſſumus loqui de caritate. Uno mõ ſub cõmuni ratione amicitie. Et ꝑm hoc dicendum eſt q̃ amicitia' ꝓprie non habet ad ſeipm. ſed aliquid maius amicitia. quia amicitia vnionẽ quãdam importat. Dicit enim Dyoniſius q̃ amor eſt virtus vnitiua vnicuicq̃ autem ad ſeipſum eſt vnitas que eſt potior vnione vnde ſicut vnitas ẽ principiuz vnionis. ita amor quo quis diligit ſeipm eſt forma ⁊ radix amicitie. Jn hoc enim amicitiã habem⁹ ad alios q̃ ad eos nos habem⁹ ſicut ad noſipſos. Dicitur enim. ix. ethicor. q̃ amicabilia q̃ ſunt ad alterũ veniunt ex his que ſunt ad ſeipſum. Sicut autem de principijs nõ habetur ſcientia. ſed aliquid maius. ſ. intellectus. Alio mõ poſſimus loqui de caritate ſm propriam rationem ipſius prout. ſcz amicitia hois ad deũ principaliter ⁊ ex conſequenti ad ea que ſunt dei inter que eſt etiam ipſe homo qui caritatem habz ſicut ⁊ inter cetera que ex caritate diligit. Quare homo diligit ſeipm ex caritate ſm propriam rationem caritatis non ſm cõem ſm quã dr̃ Greg. i omel. Dim⁹ q̃ inꝰ duos caritas haberi nõ põt. ¶ Scõm dubiũ fuit vtrũ corpa nr̃a ſint ex caritate diligẽda. ⁊ quidã dicũt q̃ non. primo q̃ Johãnis. xij. c. ſcribitur. Qui amat aiam ſuã perdet eã. ꝯſtat q̃ aia nõ ſtat ibi niſi ꝓ vita carnali. ergo corpa nõ ſũt diligẽda. Scõo nihil ẽ ex caritate diligendũ qđ impedit hoiem ad aſſecutionez beatitudinis. Sz caro corpis nr̃i ẽ hmõi ergo ⁊c. Ait enim apls ad gal. i. ca. Caro ꝯcupiſcit aduerſus ſpm ⁊ ſpiritus aduerſus carnẽ ad roma

nos. vij.c. Inuento aliaz legẽ
in mẽbris meis repugnantẽ le
gi mẽtis mee. ¶ Tertio rõ ima
ginis siue exẽplãssimilatõ ad
deũ ẽ illud quod facit creatu/
rã diligi ex caritate. Sz in cor
pore cõtcam⁹ cũ brutis nec pfe
ctio imaginis repitur in nobis
ex pte corpis quare rc. Sed ꝫ
riũ oñditur p scripturas. Naz
aug. li. i. de trinitate ponit qua/
tuor ex caritate diligẽda inter
q̃ enumerat corpus. Et Apls
ad ephe. v.c. ait. Viri diligere
debent vxores suas sicut corpa
ꝓpria. Rñdetur ergo ꝑm Bo/
uen. in. iij. di. xxvij. q cũ cari/
tas sit põdus inclinãs ad sum
mũ bonũ rpfectã beatitudinẽ
omne illud facit diligere qõ est
beatũ vel beatificabile. Cõtin
git aũt aliq̃d esse beatũ triplicit
scz p essentiã rp primã influen
tiã. rp quandã redundantiaz
Hinc est q oĩa ista sunt ex ca/
ritate diligẽda ꝑm pri⁹ rposte
rius ꝑm magꝭ rminus. beatuz
autem p essentiã est sol⁹ de⁹. be
atũ p primã influentiã est spiri
tus rõnalis. beatum denicz p
quandã redundantiã ẽ corpus
hũanũ in qõ gaudiũ glie redũ
dat p ꝓiunctionẽ sui ad aiam
brãm. Hinc est q caritas facit
nos diligere deũ rationalem
spm̃ retiã corp⁹ nr̃m. Ad pri/
mũ in contrariũ adductũ ẽ di/
cendũ q in corpore nostro ẽ vi
ciositas ꝓcupiscẽtie rbonitas
nature. Et qz viciositas cõcu/
piscẽtie inclinat ad malũ. iõ est
odiẽda rsi qs eaz diligit odit
aiam suã. Qz vero bonitas na
ture ordinata ẽ ad summũ bo/
nũ quodãmodo ꝓparticipãdũ
ideo est diligẽda. Cũ ergo de⁹
hortatur ad odiendã aiam no
strã siue carnalẽ vitã ex hoc nõ
ꝓcluditur q corpora nostra nõ
sint ex caritate diligẽda simplr
sed q nõ sunt diligẽda cẽtum
ad viciositatẽ cõcupiscẽtie. Ex
hoc patet rresponsio ad secũduz
obiectuz q caro non repugnat
spiritui nec impedit ad assẽqn
dã beatitudinẽ propter bonita
tẽ nature sed propter viciositatẽ
ꝓcupiscentie cõtracte. ¶ Ad ter
tiũ vero dicit Bonauẽ. q licet
corpus hũanũ nõ sit ad imagi
nẽ dei p se tñ vnitũ est aie q̃ est
ad dei imaginem vnitũ. incẽtz in
vnitate nature Et rõne illi⁹ est
beatitudinis cõparticipabile.
Ideo est ex caritate diligendũ
¶ Tertiũ dubiũ fuit vtz pcõ/
res diligãt seipsos. Et q nõ vi
detur ex verbis dauid in ps. di
cẽtis. Qui diligit iniquitatem
odit aiam suã. Sed contra ar
guitur. ¶ Primo quia illõ qõ
est principium peccati maxie
pcõrũbo repitur Sed amor sui
est principiũ peccati ergo maxi

me in peccatoribo reperit. Naz
vt dicit Aug⁹. li. xiiij. de ciuita
te Amor sui facit ciuitatẽ babi
lonis. ¶ Scõo arguitur q pec
catũ nõ tollit naturã Sz ꝫ vni
cuicz ꝓuenit ex sui natura q di
ligat seipm̃. vñ etiã creature ir
rationales appetũt ꝓprium bo
nũ. puta ꝓseruationem sui esse
ralia hmõi. ergo pcõres dili/
gunt seipsos. ¶ Tertio arguit
q ꝑm Dyoni. li. de diuinis noĩ
bo. Omnibo est diligibile bonũ
sed multi peccatores reputant
se bonos. ergo mlti peccatores
diligũt seipsos Rñdet his tho.
ij. ij. q xxv. Quod amare seipz
vno mõ cõmune ẽ omibo Alio
modo propriũ est bonoz. Ter
tio mõ propriũ est maloz. Qõ
eni aliquis amet id qõ seipsuz
esse existimat hoc cõe est oibus
Hõ aũt dicit esse aliq̃d duplr.
Uno mõ ꝑm substantiã suaz.
rnaturã rꝑm hoc oẽs estimãt
ꝑm bonũ cõmune se esse id qõ
sunt. s. ex aĩa rcorpore compost
tos. rsic oẽs hoĩes boni rmali
diligũt seipos incẽtũ diligunt.
suũpsoz ꝓseruationẽ qõ natu/
rale est vnde nec viciũ. Iõ Ci
cero in. i. de offi. ait. Principio
generi animantiũ omni ẽ a na
tura tributũ vt se vitã corpus/
q̃ suũ tueatur. Declinetcz ea q̃
nocitura videantur. ¶ Alio mõ
dicit hõ aliquid ẽ ꝑm pricipali
tatẽ. Sicut principes ciuitatis
dicit esse ciuitas. vñ qõ princi/
pes faciunt dicitur facere ciui/
tas. Sic aũt nõ oẽs estimant
se esse qõ sunt. Principale enim
in hoie est mens rõnalis secun
dariũ est natura sensitiua r cor
poralis. Quoz primũ apls no
minat interiorẽ hoiem. ꝑm ꝓo
hoiem exteriorẽ. ij. ad Corinth
iiij. dicẽs. Licet is q noster est
hõ exterior corrumpat. s. corp⁹
tñ is qui noster est hõ interior
renouat de die in diẽ. i mẽs rõ/
nalis. Dali igitur estimãt pri
cipale esse in eis naturã sensiti/
uã vt corp⁹. vñ nõ recte cogno/
scentes nõ vere diligũt seipsos
qz nõ ꝑm id qõ vere ẽ principa
le in eis. Boni vero cognoscen
tes vere seipsos. vere seipos di
ligũt. qz ꝑm id qõ vere est prin
cipale in eis. i, ꝑm mentẽ rõna/
lẽ. Et hoc probat phs. ix. ethi.
per quincz que sunt amicitie p
pria. vnusquisqz enim amicus
primo quidẽ vult suũ amicum
esse r viuere. secũdo vult ei bo/
na. tertio operatur bona ad ip/
sum. quarto cõuiuit ei delecta/
biliter quinto concordat cũ ip/
so in eisdẽ ꝓtristatus r delecta
tus. Et ꝑm hoc boni diligũt se
ipsos cẽtum ad interiorem ho
minẽ. qz volũt ipm̃ seruari in
sua integritate. r optant ei bõa
q̃ sunt bona spũalia. Et opan

tur diligẽter ſpũalia bona. Et delectabile ad cor ꝓpriũ redeũt qr ibi inueniũt bonas cogitatõnes in pñti ⁊ memoriã bonorũ ꝓteritoꝝ ⁊ ſpẽ future britudis ex quib⁹ delectatio cauſat. Similiter etiã nõ patiũtur in ſeipſis volũtatis deſcenſionẽ. qr tota aia eoꝝ tendit in vnũ. Ecõtrario aũt mali nõ volũt ꝑfuari integritatẽ interioris homis neq; appetũt ſpũalia ei⁹ bõe neq; ad hec operãtur neq; delectabile ẽ eis ſecũ cõuiuere redeuntdo ad cor. qr inueniũt ibi mala ⁊ pñtia ⁊futura que ⁊ ꝓterita q̃ abhorrẽt neq; etiã ſibiꝑſis concordãt ꝓpter ꝗſciam remordentẽ. Et ſic ꝗcludẽdo rñdet tho. ad primũ argumentuꝫ q̃ mali amãt ſemetipſos amore illo ꝓprio q̃ eſt ipſoꝝ maloꝝ quenteſ vſq; ad ꝓtemptũ di. qr ſic inclinantur ad exteriora bõa q̃ ſpũalia ꝓtẽnunt. Ad ſcõm aũt argumentũ dicit tho. q̃ naturalr amor nõ tollit a malis ſꝫ puertitur mõ iã dicto. Ad tertiũ ꝯo arg. dicẽdũ q̃ mali qui ſe reputant bonos decipiunt ſeipſos et ita amor eoꝝ ad ſe eſt apparẽs q̃m q̃ faciũt inq̃tatẽ hoſtes ſũt aie ſue. Propter ea xp̃s dixit Johan. xij. c. Qui amat aiaꝫ ſuã ꝑdet eã. Et q̃ odit aiam ſuam in h̃ mũdo in vitã eternã cuſtodit eã. Amare aiam in h̃ mundo eſt hec tpalia bona ꝛuꝝ pcõ velle ⁊ acq̃rere. Et ſꝫ hoc videatur ex amore ꝓcedere. odio tam magis ẽ imputandũ. qr ſic acquirit eterna ꝑditio.

¶ Qõ odiũ proximi eſt graue pctm̃ ⁊ de originalib⁹ ei⁹ cauſis atq; trib⁹ peſſimis fructibuſ ex odio procedẽtib⁹

¶ Capitulum tertium.

Certiũ eſt odiũ proximi de quo cõſideremus tria. videlicꝫ

¶ Primo ei⁹ offenſionẽ.
¶ Scõo ei⁹ originationẽ
¶ Tertio ei⁹ fructificationẽ
¶ Primo conſideremus de odio proximi offenſionem. Est enim peccatum odium proximi ab alijs diſtinctum ⁊ mortale q̃n ẽ ſm deliberatoꝝ ratõis. Qõ probat. Nã Johã. i. ſua canonica. c. iij. ait. Qui odit fratrẽ ſuũ in tenebris ẽ. ⁊. iij. capi. Qui odit fratrẽ ſuũ hõicida ẽ ſꝫ a ie ſue. ⁊ de pe. di. i. c. Hõicidioꝝ Nã q̃ occidit ⁊ q̃ odit et q̃ detrahit pariter hõicida eſt. ¶ Sꝫ poſſet q̃s obicere q̃ non omne odiũ ꝓximi ſit peccatuꝫ: Et primo ꝓbatur qr nullũ peccatũ inuenit̃ i ꝓceptis vel in cõ ciliꝭ diuine legis ſm illud proꝰ uerbioꝝ. viij. c. Recti ſunt oĩs ſermones mei. vñ nõ eſt in eis prauũ q̃d neq; puerſum. Sꝫ Luce. xvij. dicit. Si q̃s venit ad me ⁊ nõ odit ꝓpꝛ ſuũ ⁊ matrẽ ⁊ vxorẽ ⁊ filios adhuc autẽ ⁊ aiam ſuã nõ poteſt meus eſſe diſcipl's ¶ Scõo ꝓbat q̃ odium proximi nõ ſemp̃ ſit pctm̃. Nã odire peccatores nõ eſt peccatũ ſed peccatores ſunt proximi nr̃i. qr vt dicit Aug⁹. in. i. de doctrina xp̃iana. Cuꝫ dicit diliges ꝓximũ tuũ oẽm hoĩem noueris proximũ eſſe putandũ ergo ẽ. Qõ aũt pctõres odio ſint habẽdi patꝫ ex ꝓbo Dauid ſãcti q̃ dixit. Iniquos odio habui ⁊ legẽ tuã dilexi Inſup peccatorib⁹ exoprabat mala inquiens. Cõuertant̃ pctõres i ifernũ. ¶ Tertio probat q̃ odium ꝓximi nõ ſemp̃ ſit pctm̃. Omne enĩ pctm̃ repugnat nature. ſed odire inimicũ eſt naturale. g̃ ⁊c. Rñdet tho. ij. ij. q. xxv. et q. xxxiij. q̃ duo pñt in hoĩe ꝗſiderari. Natura. ſ. ⁊ culpa ſcõm naturã quã a deo hñt capaces ſunt beatitudinis ſup huius cõmunicatõe fundat̃ caritas. et ſm hoc oẽs hoĩes diligẽdi ſũt bont ⁊ mali ⁊ nullus odiẽdus ſm culpã vero q̃ aduerſantur deo pctõres ſunt odiendi etiaꝫ pater mater ⁊ propinqui. Debemus enim in peccatoribus odire q̃ peccatores ſunt. ſꝫ diligere q̃ homines ſunt. Vñ leo papa. diſtin. lxxxvi. capi. Odio Odio inquit habeantur peccata ⁊ nõ homines. ⁊ ſic ſoluũtur obiecta. Nã parẽtes quantum ad naturam ⁊ affinitatez qua nobis coniunguntur ſecũdum preceptum dei et nature diligẽdi ſunt ⁊ honorãdi Odiendi autem ſunt quantum ad hoc q̃ impedimentum preſtãt nobis tendendi ad perfectionẽ diuie iuſticie. Sic dauid odio habebat peccatores. quia odiebat illorum iniquitatẽ. Similiter inimici habẽdi ſunt odio non ꝓpꝛtum ad naturam et bõa que habent a deo. ſed quantũ ad eorum culpam ſcõm quaꝫ ſunt nobis inimici. ¶ Secũdo conſideremus de odio proximi originationem. ſecundum enꝫ Durandum ordinis minoruꝫ in ſumma ſua ex triplici cauſa oritur odium.

¶ Prima eſt diſplicentia veritatis:
¶ Secunda eſt diſplicẽtia bonitatis.
¶ Tertia diſplicentia recepte penalitatis
¶ Prima eſt diſplicentia veritatis. Aliqui enim ſunt ita peruerſi q̃ odio hñt diligentes ſe ⁊ amãt odiẽtes ſe. i. q̃ve nocẽt ſibi inducẽtes ad mala ⁊ ecõtra retrahentes a malis q̃ admoni

tionē odiūt. ꝛ hoc ꝓpter displi
centiā veritatis. Unde Terē
tius ait. Veritas odiū parit.
De nūero hoꝝ fuit acha b rex
israel qui dicebat de Michea
ꝓpheta. Ego odi eū qꝛ non p/
pheat mihi bonū tm̄ sed malū
vt scribit. iij. regū. xxij capi. qa
eim̄ dicebat sibi ꝟitatē reꝓhen
dens eū ꝛ pnuncians que icur
rent cū populo ꝓpter peccata
sua ꝛ nō adulabat regi vt pseu
do ꝓpheti qui pnunciabāt si/
bi ꝓspera. ideo ipsū Michea
odiebat. ¶ Secūda cā est ex q̄
nascitur odiū ē displicētia bo
nitatis. Mali em̄ eoipso qō
mali sūt bonos videre vel bo
na de eis audire nō pñt. qō p
cedit ex inuidia vel qꝛ ꝓtr⁹ bo
noꝝ ꝓfundit ꝛ obscurat mali/
ciam iniquoꝝ. sic Geñ. xxxvij.
c. ōꝛ de Joseph ꝙs oderant eu
frēs sui nec poterant ei qui cꝫ
pacifice loq̄. qō erat ꝓpter sin/
gularem bonitatē eius. Unus
q̄sq̄ em̄ ait Hiero. moꝛib⁹ suis
fauet Dic em̄ ouis delectabili
ter cōuersat cū oue ꝛ lupus cū
lupo. ita ꝛ malus delectatur ꝛ
amat malos similes sibi. ꝛ bo
nos ꝛios moꝛibus suis odit.
¶ Tertia causa ex qua oꝛitur
odiū ē displicentia ꝓcepta ex
aliqua iniuria recepta. Sicut
absalon odiebat amon fratrē
suū ꝓpter oppssionem soꝛoris
sue thamar simulauitꝙs displi
centiā quousq̄s vindicaret in/
iuriā fratre occiso. vt scribitur
ij. regū. xiij. c. Sic esau oderat
fratrē suū iacob ꝛ minabatur
occidere qꝛ abstulerat ius pri/
mogenite ꝛ paternā benedi
ctionē. vt ꝓꝛ Geñ. xxvij. ca. qō
tm̄ iacob iuste fecerat. Est autē
pctm̄ astud mltū generale ꝛ sa
tis multiplicatū. Nam vix ho
mines odiū semel ꝓceptū no/
lunt dimittere quasi licitū eis
videat. Nec aduertūt q̄ dū in
odio manēt nō tantum vnum
peccatum moꝛtale committūt
sed totiens quotiens iniuriam
receptam ad memoꝛiam re/
uocāt esactualitatē illis optāt
quos odiū. Quod aūt dictuꝝ
est antiqs Odio habebis ini/
micū tuū Matthei. v. c. Non
erat illa snīa in lege dei. sed fal
sa glo. quā faciebāt legis do/
ctoꝛes sup illud Leuiti. xvi. c.
Diliges amicū tuū sicut teip̄z.
Et hoc arguebāt a ꝛrio senlu
dicētes Exquo amicus oīūgi
p̄cipit. ergo p ꝛriū inimic⁹ odi
ri mandat. Sed tale argumē
tū ē validū qñ ꝛriū nō habet
in lege Sed exp̄sse mandabat
deus ꝛriū in ipsa lege statuens
q̄ si q̄s transiēs p viaz videret
iumentū inimici sub sarcina i
terrā lapsum nō ꝓtransiret sed
iuuaret ad leuandū ipsū. ideo

xp̄s talē falsam exp̄onē repro/
bans ait. Ego aūt dico vob̄
diligite inimicos vestros.
¶ Tertio ꝓsiderem⁹ de odio
ꝓmi fructificationē. ꝓducit
eim̄ tres pessimos fructus
¶ Prim⁹ ē coꝛdis oduratio
Scda crudelitatis actio.
¶ Tertio dānificationis mali
gnatio.
¶ Primus fruct⁹ ē coꝛdis ob
duratio. Odiū em̄ inter cete/
ra peccata indurat coꝛ terribi
liter vt merito possit de odien
te verificari illud q̄ ōꝛ Job.
xli. Coꝛ ei⁹ indurabit quasi la
pis. Conditiōes aūt duri coꝛ
dis ponit Bernardus in li. de
ꝓsolatiōe ad Eugeniū dicēs.
Coꝛ duꝝ ē q̄ nec cōpuctione
scindit. pietate nō molit. p̄cib⁹
nō flectit. minis non cedit. fla/
gellis obdurat. Coꝛ durū ait
sapiens male hēbit in nouissi
mo. Hec oia impleri vidētur
in odiente. nā coꝛ eius nō pōt
habere ꝓtritionē. vñ nec in cō
fessione absolutionē nec veniā
nec coloīē. Expresse em̄ ōꝛ de
pe. di. v. c. Falsas. q̄ talis qui
odiū tenet in coꝛde admitti ñ
debet ad pniaz. s. q̄ absoluat a
ꝓfessoꝛe. ꝛ quantomagis p̄ma
net in odio tātomagis indura
tur. Pietate tm̄ molit talis. qa
ꝛ si vi leat inimicū in aduersi
tate non cōpatit sed appetit ei
maioꝛa mala vsq̄ ad ꝓsūpti
onē. Sic iudei odientes xp̄m ñ
fuerūt moti pietate ad ip̄m cū
viderent eū terribiliter flagel
latū quod fecerat ad flectēdū
eos ad pietatē erga eū. sed vo
luerūt eū oīno crucifigi vt sa/
tiarent̄ de penis acerbissimis
eius ꝛ obꝓꝛobꝛijs. Nec flectit
p̄cib⁹ obediēs. Nā si amici vi/
cini ꝛ religiosi. ꝛ p̄lati dep̄cent
tales vt odia dimittāt ꝛ inimi
cicias nō acquiescūt. Non ce/
dit minis odiens. qꝛ ꝛ si fiant
ei cōminatiōes a p̄dicatoꝛib⁹
multoꝝ maloꝝ q̄ deus p odio
suo inferet ꝛ p̄cipue dānatio/
nis eterne nō videt curare. Fla
gellis obdurat. nā incurrit in
dānaꝛ ifirmitates moꝛtē fami
lie sentit ꝛ tm̄ odiū tenet Unde
ꝛ i nouissimo male hēbit qꝛ in
moꝛte cū odio trāsiēs a demo
nib⁹ crucidāduꝫ ad inferna de
scendet. ¶ Secūdus pessimus
fruct⁹ odij ē crudelitas. Cain
ex odio ita crudelis factus est
vt nō parceret germano abel
innocēti. Geñ. iiij. c. Egyptij q̄
oderāt Heb. vt habet Exodi
i. c. affligebāt eos multis mo/
dis vsq̄ ad subuersionē puu/
loꝝ nascentiū in flumīe. ¶ Ter
tius fruct⁹ odij ē dānificatio.
nā odiēs q̄rit in exoso septem
genera domnoꝝ vel simul vt se
quatim. ꝛ in q̄libet cōmittitur

mortale. ¶ Primū dānū i substantia appetēs q ipam amittat vel diminuat ⁊ ad hoc opatur si potest per se vel p alios.
¶ Scōm damnū ifama. qz detrahit sibi ⁊ bōa audita de exoso quertit. ¶ Tertiū damnum in patria qz querit qūo expellat de ciuitate vel saltē hoc desiderat ¶ Quartū damnū in familia. quia appetit infirmitatem vel mortē filioꝝ vel dānatōem et iniurias eius. Quintū dānū in libertate. qz appetit q incarceretur propt debita ⁊ similia. ¶ Sextū damnū in corpore qz cupit illū infirmari vel mori Vñ ⁊ si ipse nō occidat desiderat q deus vel alius id faciat.
¶ Septimū damnū ē i anima qz vellet aiam eⁱ⁹ ad iferna descēdere. Sed ecōuerso deponēt ibꝫ odia ꝓpter xp̄m ⁊ inimicis ventā petēt ibꝫ ob eius amorem indulgētibꝫ abūdantissime gratia eⁱ⁹ infundit. Grādis ē vtiqꝫ hec elemosina cordis ⁊ deo bādicto acceptissima mirū in modū. Dixit enim dñs iesus xp̄s Matthei. vi. c. Si enim dimiseritis hoibꝫ pcta eoꝝ dimittet vobis pater vr̄ celestis pcta vra. Et vt nos moneret exēplo existēs in cruce. pⁱ⁹ vincta. post flagella post sputa. post liuores post coronā spineā pendens in medio latronū p suis psecutoribus orauit dicēs P̄r ignosce illis qz nesciūt qd faciūt. O pium verbū. O ardēs dēpcatio O deniqꝫ inaudita mansuetudo. Nō cōqueritur benignꝰ iesus. Nō timp̄catur malū iudeis crudelissimis sed venā quā tñ nō meruerūt. Idcirco q suo amore odia deserūt sibi ad modū cōplacēt ipsiqꝫ sese quoddā mō reddit obligatū. ¶ Vñ exstat exemplū de sancto Johāne gualberto. Hic cū miles foret ⁊ inimicitias ꝓhaberet mortales cū quodā q eⁱ⁹ auunculum interfecerat vna die ⁊ cum essz armis accinctꝰ ⁊ inuenisset inimicū suū solū ⁊ inermē aggressus est eū vt interficeret. Ad ille pstratꝰ in terrā rogauit eum ob amorē illiꝰ q tali die p nob oibꝫ passus fuerat vt sibi ignosceret. Erat enim sexta feria. Ad cuiꝰ p̄ces subito emolitū ē cor eⁱ⁹ Et odio deposito dixit Ob amorē crucifixi nō possuz tibi nō indulgere cū ipe p nob inimicꝫ suis mortē gustauerit ista die. vade igit securꝰ ⁊ bñ facqz ego tibi oēm iniuriā rēitto Post qō cū accessisset ad ecciam seminiatz ꝓpe florentiā in monticulo vbi nūc morant monachi mōtis oliuaꝝ orāti ip̄i aīmaginē crucifixi q imago inclinauit sibi caput q̄si gras agēs de iniuria remissa inimico ꝓpt eū

Et adhuc obstitit sibi talis imago. Et ita cōuersus est ille Johānes gualbertꝰ ad eū q dimisso scō ordinē instituit spālem sez vallis vmbrose ⁊ miracꝫ multis claruit canonizatꝰ ab eccia. Deponātur ergo odia et cessent discordie. vt sic digne suscipiētes viuificū sacrz dignos nos faciam⁹ gra xp̄i q est bñdictus in scla scloꝝ Amē.
¶ Feria q̄rta pⁱ⁹ dñica oliuaruz de mirāda cōuersione latronis pēdentz i cruce. Sermo. xlv

Hodie dico tibi hodie mecū eris in paradiso. Pijssimi iesu ad latronē loquentis. Verba sunt ista originalit Luce. xxiij c. ⁊ in euā. ho. Dū pendebat in cruce iesus xp̄s filiꝰ dei p salute hoibꝫ afferēda exhibuit misericordiā suā latroni q crucifixꝰ erat a dextris eⁱ⁹. In illo q̄pe fiducia dat oibꝫ pctōribꝫ q ad pniam redire disponūt vt securi currāt ad pedes saluatoris mūdi q neminē abijcit ad se cōfugientē. ⁊ vt inqt deuotꝰ Bernar. heiem alloquēs pctōrem Caput hz xp̄s inclinatū ad te salutandū. Os clausum ad te osculādū pedes crucifixos ad tecū pmanendū. brachia apta ad te amplexandū. latꝰ aptum ad te diligendū. ⁊ totū corpus in cruce extēsum ad se totū tibi largiendū. Propꝫea vt ardēs caritas filij dei ad latronē conuersum ⁊ q̄slibet hūiliatos peccatores noscat. in p̄nti ꝓmōe ō illo latrone tria ꝓmysteria declarare studebimus.
¶ Primū erit de ip̄ius merito
¶ Scōm de ip̄i⁹ premio
¶ Tertiū de ipsi⁹ priuilegio
¶ De septē ꝓturbꝫ latronis a spūscō sibi infusis in qbꝫ apparet ap̄litudo meriti eⁱ⁹.

Capitulum primū

Primū mysteriū declarandū erit de illius latronis merito. Nā plerīqꝫ mirant qūo ille q ꝓ suis sceleribꝫ publico supplicio ꝺdēnatus fuit in extremo vite sue q̄ sibi auferebat violētia passiōis meriti potuit vitam eternam. Quibus respondemus q pcta p̄terita etiā grauia ⁊ enormissima adhuc in extremo deleri possunt per penitentiaz vnde ⁊ sic penitens fit dignꝰ eterna requie. Hinc Hieronymꝰ ad damasum papam. ⁊ de pe. di. i. capitulo Importuna. ait. Christus de cruce in paradisum latronem tulit ⁊ ne quis aliquando seram conuersionez putaret fecit homicidij penam martyriū. ⁊. xxvi. q. vi. ca. Si p̄sbyter scribitur. Vera ꝓfessio in vltimo tpe potest esse: qz dñs

nō solum tpis sed etiaz cordis
inspectoz ē sicut lotro vni⁹ mo⁹
mēti tpe merult esse in paradi⁹
so in hoza vltime ꝓfessiōis. Et
eadē cā ꝛ qōne. c. agnouimus.
Celesti. dixit. Perdidisz latro
in cruce p̄ciū ad xp̄i dexteram
pendēs si illū hoze illi⁹ pnia nō
iuuisset cū esset in pena penitu⁹
it. ꝛ p vni⁹ ꝓfessione sermonis
habitaculū paradisi eo penitē⁹
te pmerult vera ad deum cōuer
sio in vltimis positozum men
te poti⁹ est extimāda q̄ ipse p⁹
pheta. hoc taliter asserēte. tū cō
uersus ingemueris tūc saluus
eris. ꝛ eadē adhuc cā ꝛ questio
ne. c. his q̄. Leo papa sic asse⁹
rit: Diserti cordie dñi nec mēsu
ras possum⁹ ponere nec tēpora
diffinire apud quē nullas pati
tur venire moras cōuersio dicē
te spū dei p ꝓphetam. Cū cō⁹
uersus ingemueris salu⁹ eris.
Penituit ergo latronē illū pre
terite⁹vite sue male acte ꝛ peni
tentiā suā septē ẋtutib⁹ decora
uit. trib⁹ scz theologicz. fide. spe
ꝛ caritate. Et quatuoz cardina
lib⁹. vicz. prudētia. iusticia. foz⁹
titudine. ꝛ tēperantia. q̄ virtu⁹
tes infuse sibi fuerūt a diuīa g̃⁹
tia. ¶ Prima latronis ẏr⁹ fuit
fides vtiq; admirabilis. Cuz
xp̄o eni nunq; fuerat ꝙuersat⁹
nec forte añ nouerat eū Nō fue
rat secut⁹ doctrinā ei⁹ nec etiaz
vitā sz in opib⁹ impietat⁹ se ex
ercēs iuste patiebat exitiū mor
tis. videbat aūt xp̄m derisū ab
oib⁹ derelictū publice ꝙdēna⁹
tū afflictū infirmū. obprobriis
ꝛ ꝓtumelijs saturatū ꝛ tā mor
ti vicinū ꝛ ip̄e vicin⁹ morti a ne
mine doct⁹. a nullo p̄monitus
dei fili⁹ credidit. Et illi q̄ eius
doctrinā audierāt miracla vi⁹
derāt. ꝛ paulo añ de manib⁹ su
is sanctissimis in cibū corpus
illi⁹ sumpserant fugiēdo nega⁹
bāt. Iste sol⁹ cū tacēte virgine
ip̄m ẏe dei filiū idubitata fide
in aio suo credebat ¶ Secūda la
tronis virt⁹ fuit spes. q̄ tāta in
illo fuit q̄ ab illo sperabat salu
tē quē i corpe ꝑpio videbat oi
salute priuatū. ¶ Tertia virt⁹
fuit caritas. Nā totū q̄ habu
it ip̄i iesu in amoris perfecti si⁹
gnū imolauit: Manib⁹ eniz ꝛ
pedib⁹ crucifix⁹ nō valuit fuire
sibi nisi tm̄ cū duob⁹ membris
¶ Primo corde ¶ Secūo ligua
¶ Primo eni corde sibi timia⁹
ma pfecti odoris ardēti caritа
te sacrauit. ¶ Secūo ẏo lingua
sibi obtulit ẏificatū illū q̄ d⁹
Mathei. xij. c. Bon⁹ hō de bo
no thesauro cordis sui pfert bo
na. Proinde q̄tuoz amores ar
dētissimos lingua sua de corde
exp̄essit.
¶ Prim⁹ fuit amor ꝓfessionis.
¶ Secūs ꝓpassionis.

¶ Tertius correctōis.
¶ Quartus pfectionis:
¶ In q̄bus quidē amoribꝫ ap⁹
te mōstrauit. qz in q̄tuoz dimē
sionib⁹ crucis xp̄o p amorē cru⁹
cifix⁹ erat in cruce. ¶ Prim⁹ er
go fuit amor ꝓfessionis. q̄ fuit
sue crucis pfundū dū sua pro⁹
pria ac toti⁹ humani gn̄is scele
ra cōfessus ē asserēs nos pena
lib⁹ angustijs digne plecti cum
ait. Et nos quidē iuste. s. pati⁹
mur. Nā digna factis recipim⁹.
In magnis quidē cognitiōib⁹
ferebatur q̄ se iuste digneq; pa⁹
ti p̄fitebatur. Magna pars ē
vente apud deū hec cognoscere
similiter ꝛ fateri: ¶ Secūs fuit
amor ꝓpassionis q̄ extitit lati⁹
tudo crucis sue duz angustias
iesu xp̄i pie excusabat asserēs il⁹
las sine culpa p̄pria sustinere.
Et iz xp̄s a pilato iudice ordia
rio acclamāte populo fuiss̄z cō
dēnatus ad mortē. Hic tñ la⁹
tro subdidit. Hic vero q̄d ma
li fecit. Cognouit equidem in
nocentiā xp̄i q̄ pctm̄ non fecit.
nec dol⁹ inuētus ē in ore illius
ꝛ hoc ipso illuminātе quem la
tro publice fatebaꝭ innocentem
¶ Tertius fuit amor correctio⁹
nis q̄ extitit longitudo sue cru⁹
cis dū blasfemantē latronē im
piū caritatiua rñsiōe cōpescuit
dicēs. Nec tu times deū vide
feruorē hui⁹ latronis qui ligno
corpe pendēs corpaliū penaꝝ
oblit⁹ sodalē arguere ꝛ instrue
re nō verek. Nec inqt tu times
deū q̄ in eadē dānatōe es. scilz
mortis. ¶ Quart⁹ fuit amor p⁹
fectōis qui extitit latitudo sue
crucis dū toto mētz affectu at⁹
q; benigno lingue affatu cū ex⁹
plicabili cordis hūilitate ꝛ con
tritōe necnō cū tota mētz devo
tiōne ꝛ q̄tuz p̄misit acerbitas
ip̄a supplicij cū cōuersiōe faciet
benigna ad dñm iesum stupen
de admiratōis breuē oꝛoez effu
dit dicēs. Dñe meim̄to mei dū
veneris in regnū tuū. In qua
oīs cōsummata pfectio mirabi
liter cōtinek. si devota mēs no⁹
uerit explicare. Oz vt id aliq̄li
ter patefiat. ¶ Primo cōsidera
in quāta fide ille latro fundak
q̄ in morieīte credit vitā etnam
¶ Secūdo vide quāta spe firꝫ
ma ad eterna erigitur q̄ ab illo
q̄ ab oi mūdo ejctur sperat ce⁹
leste regnū. ¶ Tertio pōdera i
q̄ta excessiua caritate locatur
qui sola dilecti iesu mēoria ē cō
tent⁹ ¶ Quarta virt⁹ hui⁹ la⁹
tronis fuit prudētia. qz nulla po
stulauit caduca ¶ Quinta vir
tus fuit fortitudo q̄ fecit eūsu⁹
perferri sup oī scelera sua. Sex
ta virtus fuit tempantia q̄ i so
la volūtate dei ꝛ saluatoris iesu
xp̄i premij mensuram reliquit
¶ Septima virt⁹ fuit iusticia

ſm quã reddidit ſibi ꝓfeſſionẽ ꝓcedẽtẽculpe proximo correctõnẽ et xp̃o honorẽ laudẽ ꝓpaſſionẽ t totalẽ ſue volũtatẽ imolationẽ. Quare ñ ſine cã xp̃s ita ſibi propicium inuenit.

¶ De ſeptẽ dulcoribꝫ ſe ꝺditionibꝫ promiſſionis xp̃i facte latroni conuerſo.

Capitulum ſecunduꝫ

Secundũ myſteriuꝫ declarandũ de latrone ſancto dicitur premiũ. Fuit enim a xp̃o ſibi largiflua caritate promiſſũ premiũ dũ ſibi dixit. Amẽ dico tibi quia hodie mecum eris in paradiſo. Licet vtiqꝫ huius promiſſionis tam admirande de quolibet verbo ꝙquirere ſenſum t tam ample gr̃e t amoris inueſtigaꝝ dulcores ſeu dulcedines. Septẽ nẽpe dulcedines huic latroni xp̃s ãpla miſericordia diſpenſauit.

¶ Prima ꝺr iuramẽti veritas
¶ Scꝺa annũciata pietas.
¶ Tertia electiua caritas
¶ Quarta tꝑis breuitas
¶ Quinta diuina ſocietas.
¶ Sexta eterna ſtabilitas.
¶ Septia gloriofa iocũditas.

¶ Prima dulcedo ſeu conditio promiſſionis facte latroni de p̃mio dicit iuramẽti veritas que notatur in hoc verbo. Amen dictio ſignificat q verũ ẽ vt patet de con. di. ij. c. Reuera. in fine textus t in glo. t xxxviij. di. c. Sedulo. t. xij. di. c. De his. Et extra de filijs p̃sbyteroꝝ nõ ordinãdis. c. Propoſuit. Et i rationali. de offi. li. iij. Quod enim xp̃s p̃miſit in veritate p̃miſit. Et vt ipe dixit. Lu. xxi. c. Celũ t terra tranſibũt verba aũt ſua nõ preteribunt. Quaſi dicat ſm Nicolaũ de lira ſup Matheũ. xxij. c. q licet tranſire debeat celũ t terra nõ qz corrumpentur quantũ ad ſubſtãtiam. qz ceſſabit motus celi t fi et tranſmutatio in elemẽtis tñ nõ preteribit verbum xp̃i quod eſt ipſo mundo ſtabilius. Secunda dulcedo ſeu conditio p̃miſſionis [premij] facte latroni dicitur annũciata pietas. Ille enim qui ex pietate venerat. ſaluos facere pctõres latroni dicebat. Dico. ſ. ego ieſus dei filiꝰ q veni ſaluũ facere qꝺ perierat; q veni vocare peccatores ad pẽitentiã qui veni ꝙquirere ouem ꝺditã vt illam imponẽs humeros meos reducam ad paſcua vbertatis in regno celoꝝ. Ego inqꝫ q ſanguine proprio redimere volui genꝰ humanũ. ¶ Tertia dulcedo ſiue ꝺditio p̃miſſionis facte latroni dicit electiua caritas que exprimitur cũ xp̃s ſubdit. Tibi quaſi dicat q nõ obſtantibꝫ ſcelerib⁹ p̃cedẽtibus

a te cõmiſſis tamẽ propter penitentiam t conuerſionem tuam ego te elegi vt ſis in numero electorũ meoꝝ. Habet nãqꝫ penitentia tantã efficaciã vt ex impio homine faciat iuſtũ. Ego dico tibi iam iuſtificato t recõciliato patri meo ac numero electorum aſcripto. ¶ Quarta dulcedo ſiue conditio illius p̃miſſionis dicitur temporis breuitas. quia ſubiũxit christus hodie. O felix verbũ retroactis tẽporib⁹ amicis dei prophetis. et patriarchis clauſuꝫ q q tot annoꝝ curricula a paradiſi gaudijs exulare cõpulſi ſunt. Fleuit adam propter inobedientiam p̃miſſam deſiderauit xp̃m illãqꝫ coluit ac dilexit venturũ t tñ cum vixiſſet annis nongẽtis triginta vt dicitur Gen̄. v. capitulo. in extremo vite xp̃m inuocans non audiuit. Hodie mecũ eris in paradiſo. ſed poſt exactos annos quinqꝫ milia Noe iuſtus inuentus eſt in cõſpectu domi qui diluuij tempore in archa ſaluatus eſt nihilominus in vltimo vite ꝓſtitutꝰ nõ audiuit. Hodie eris in paradiſo. Quinimo ad limbum deſcendẽs ibi ſedet in tenebris vſqꝫ ad ꝓpletã paſſionẽ christi Sic abraham. ſic yſaac ſic Jacobi ſic pphete ſic deniqꝫ iuſtiores latroni ꝓo dictũ ẽ. hodie. i ſtatim poſt aĩe t corpis tui ſeparationẽ eris in paradiſo. Hic autẽ latro exemplũ eſt manifeſtũ q illi q nihil hñt purgabile decedẽtes in caritate ſtatim euollãt. ¶ Si autem aliquis quereret quis poteſt eſſe adeo mundus vt moriens nihil purgabile retineat. Ad quod reſpondem⁹ hoc fore poſſible quinqꝫ rõnib⁹

¶ Pria ꝺr martirij tolleratõis
¶ Secunda baptiſmalis purificationis:
¶ Tertia intẽſe ꝓpunctõis
¶ Quarta ꝓtualis ꝓfectõis
¶ Quinta plenarie remiſſiõis

¶ Prima rõ quare põt q̃d abſqꝫ aliquo purgabili ex hac vita diſcederet ſtatim euolare dicitur martyrij tollerationis. Qui enim martyrium patitur purgatur ab omni labe t mox regnum celorum ingreditur. vnde Cyprianus in quoddaꝫ ſermone ait. O delicata paſſio t gloriofa ꝓfeſſio. Abſoluit ꝑ martyriũ aĩa a vinclo carnis t in celo cũ triũpho eleuatur ab ãgelis. Et extra ꝺ celebra. miſ. c. Cũ marthe. dicit q iniuriaꝫ facit martyri q̃ orauit ꝑ martyre. qz videlz indubitãter credit ad celũ euolaſſe. ¶ Scꝺa ratio dicit baptiſmalis purificatõis In baptiſmo debite ſuſcepto mũdat aĩa. Et mox baptizat⁹ moriẽs euolat. vt patet extra ꝺ

baptismo.c. Debitū. Et ad h ostendēdū baptizato xp̄o apti sunt celi Matthei.iij.capitu. ¶ Tertia rō ōz intense cōpunctionis. Dū eīm contritio feruida est z intensa satis aufert omnē culpā z debitam penā. Et de huiusmodi intēsa cōpūctione intelligit dictū Augustini q̄ vera pn̄ia ad puritatez baptismi conat adducere penitentē. ¶ Quarta rō est ꝑtuose perfectionis. Dū eīm aliqui perfecte viuūt flozentes ꝑtutibus heroicis sicut fecerūt bn̄dictus dn̄icus franciscꝰ z alij morientes statim euolāt. Ēn Grego.li.iij. dialogozum ait Justoꝝ aie mox vt huius tarnis claustra exeūt: in celestib⁹ sedib⁹ recipiunt. ¶ Quinta rō est plenarie remissiōis. Scōm doctozes Ray. Hosti. z alios Boni xp̄iani qui lucrant indulgentias plenarias ab omnib⁹ pctis purgant z morientes statim euolant. Que omnia satis credibilia facit exemplū latronis. ¶ Quinta dulcedo siue conditio ꝓmissionis facte latroni ōz diuina societas: Hec notificat in illo verbo mecum Certa conditio eterna stabilitas. ideo subdit eris. s. in eternū permanebis. Quicq̄d enim est in illa sanctoꝝ beatitudine eternū. erit z semp ꝑmanebit. Eterna pax. eterna req̄es. eterne diuitie. eterna deniq̄ vita. Hoc iesus benedictus sepissime reserauit. nam Joh.iij.ca. ait. Sic deus dilexit mundū vt filiū suū vnigenitū daret vt omnis qui credit in illū nō pereat sed habeat vitā eternam. Et.x.c. Oues mee vocē meaz audiūt. z ego do eis vitā eternam. Et Matthei.xxv. capi. Ibunt hi in ignem eternū. Justi aūt in vitam eternā. ¶ Septima ꝺditio illius ꝓmissiōis ōz gl'iosa iocunditas q̄ exp̄mit cū dixit xp̄s i ꝑadiso fm Rico. ō lira. Non accipit hic ꝑadisꝰ ꝑ horto voluptatis nec ꝑ celo empyreo. sed ꝑ fruitiōe beata: quā habuerūt sancti patres in morte xp̄i qui erāt in limbo detenti. Statim cū eius aia descendit ad eos. z eadē die illuc descēdit aia illius latronis sancta ꝓticeps beate fruitiōis. ¶ De quinq̄ singularissimis ꝓulegijs latronis ad xp̄m cōuersi. Ca.iij.

Tertiū mysteriū declarandū ō sancto latrōe est de ipsius ꝓulegio Fuerunt quippe in eo q̄nq̄ pulegia singularissima. ¶ Primū ōz assimulationis. ¶ Scōm associationis ¶ Tertium predicationis. ¶ Quartum petitionis ¶ Quintum figurationis. ¶ Primū fuit ꝓuilegium assimulationis. Solus enim ipse inter membra xp̄i assimilabatur xp̄o in crucifixiōe z crucifixus crucifixo assimilat⁹ est Nec obstat q̄ crucifixus fuit ꝑ scelerib⁹ suis. quia post conuersionem fuit legitim⁹ mēbrū xp̄i z ex tunc pena sua cō figurata fuit similitudini mortis eius. ¶ Scōm ꝓuilegiuz fuit associationis. Solus ipe virginē matrē associauit in lamentatōe dolorosa moriēt⁹ filij dei. Factus est enim socius ei i fide atq̄ dolore. Nulla aut ē alia creatura pn̄tis vite matrem associauit in istis. Licet enim Johannes z magdalena amare deflerent morientē iesum. nō tñ vt deū ꝓ redemptione humani generis morientem. vnde eorum lamenta multū fuerunt informitate insipida. Solius istius latrōis simul cum maternis fuerunt accepta lamenta. q̄ deum credidit desup infusa fide quem cum incredibili dolore hominem ante suos oculos moriēt⁹ vidit. ¶ Tertium fuit ꝓuilegium predicationis. Jaz iesu condennato a iudeis impijs tanq̄ reo latro iste publice predicauit saluatorem suū z armis quibus potuit tanq̄ su⁹ collateralis miles strenue defensauit Non fuit iste tanq̄ seruus fugitiuus qui dimittit dn̄m suum in bello mori z fugit z debet capite puniri. ff. de re militari. l. desertoꝛē. Sz fuit tanq̄ seruus fidelis obsequens dño suo vt potuit vsq̄ ad mortē. Et probabilit̄ credi potest q̄ latro iste increpauerit ꝓteruos iudeos ac pharisēos z scribas qui sic impie exultabant ꝓ moriente iesu ¶ Quartū ꝓuilegiuz fuit petitionis. Iste latro solus postulauit salute quando saluator mundi eam ꝓ omnibus faciebat. vnde z abundanter eam recipere debuit sicut et fecit. ¶ Quintum fuit ꝓuilegium figurationis. Nam ipse figuram tenuit z quasi vicē omniū electoꝛū. Ut enim inquit Leo papa in sermone de passione. Duo latrones vnus ad dextram z alius ad sinistram cum xp̄o crucifiguntur. vt i ipsa patibuli specie demonstraretur. illa que in iudicio illius omnium hominū ē facienda discretio. Ipsa enim crux tribunal fuit in medio cui⁹ iudice constituto vnus qui credidit liberatus. Alter qui insultauit dānatus est. Per illū ergo latronem figurant omēs electi qui in die iudicij stabūt

a dextris xpi. quibus dicetur.
Venite benedicti patris mei
possidete paratum vobis re/
gnum. Ad quod nos ipse per
ducat qui viuit ⁊ regnat in se/
cula seculoꝝ. Amen.

¶ Feria quinta in cena domi.
ni. De mysterijs sacramēti eu
charistie contentis in episto/
la huius diei.

¶ Sermo q̄dragesimussext⁹

Robet autē
seipm homo ⁊ sic
de pane illo edat
⁊ de calice bibat.
Doctoris gentium verba sūt
ista prime ad corinthi. xi. cap.
⁊ in epistola hodierna. Cun/
ctorum fidelium deuotio in/
flāmari debet hoc tēpore ma
xime ad sacratissimū corpus
dn̄i nostri iesu xpi. Statuit nā
q̄ȝ sancta mater ecclesia vt in
sancto paschale ad min⁹ om/
nes vtriusq̄ȝ sexus qui perue/
nerunt iam ad annos discreti
onis reuerenter suscipiant eu/
caristie sacramentum. Veruȝ
tamen q2 multi sunt imitato/
res corinthioꝝ qui irreueren/
ter ⁊ impudice frequentare p̄/
sumunt dn̄icam mēsam. Jdō
in presenti sermone ꝫm ea que
in epistola recitātur de ip̄o al
tissimo sacramento verba fa
ciemus in q̄ tria mysteria ab
ap̄lo tradita declarabimꝰ.

¶ Primū est de sacramenti eu
caristie irreuerē tia.
¶ Secūdū de illi⁹ excellentia.
¶ Tertiū de ei⁹ frequētia.
¶ Qualiter ap̄ls reprehēdit
corinthios. q2 irreuerenter se
habebant ad sacramentuȝ eu
charistie. Capitulum primū.

Rimū mysterium
declarandū ē de sa
cramenti eucaristie
irreuerentia rep̄hen
sibiles quippe sunt ⁊ non paꝝ
illi qui irreuerenter se habent
ad istud ineffabile sacramen/
tum quod apostol⁹ ostēdit in
prima parte epistole. vt enim
inquit Nicolaus de lira. Apo
stolus arguit corinthios de h̄
q̄ male se habebāt circa sacra
mentum eucaristie q̄tum ad
cibum. quia aliq̄ eoꝝ sumpto
cibo recipiebant corpus chri/
sti sumentes. argumentum ex
hoc q̄ xp̄s post cenam hoc sa/
cramentū instituit ⁊ discip̄lis
dedit. Quod tūc fuit ratōna
bile. q2 ibi debuit inchoari ve
ritas. vbi cessauit figura. Hu/
ius autem sacramenti figura
fuit immolatio agni pascalis
Et ideo post illius agni esuȝ
xp̄s instituit hoc sacramen tū
Postea rationabiliter statuit
eccia in reuerentiā tanti sacra
mēti q̄ nō sumatꝰ nisi a ieiunis
ieiunio nature. q̄ȝ soluitꝰ ꝑ sumptionē cuiuscumq;

neillud qd̄ sumitꝰ ꝑ modicum
cibi ⁊ potus. Dies aūt incipit
a media nocte. Et ideo q̄ post
mediā noctē aliquid sumpse/
rit dicto mō redditꝰ inhabilis
ad sumendū hoc sacramentū
excusantur tn̄ infirmi. Jdeȝ di
cit Richardus in. iiij. di. viij.
Dicit ergo apostol⁹. Cōueni
entib⁹ vobis in vnū. s. ad par
ticipandū eucaristie sacr̄m iaȝ
nō est. i. nō licet vobis dn̄icaȝ
cenā manducare. Et subdit
cām cuȝ dicit. Vnusquisq̄ȝ e/
nim suā cenā presumit ad mā
ducandū. Añ enim sumptio/
nē sacramēti p̄parabant sibi
cibaria ⁊ portabant ad eccle/
siam comedētes anteq̄ȝ sume
rent sacramentū. ⁊ sic diuites
laute comedebāt ⁊ bibebant.
pauperes autē esuriebāt. Jdō
sequitur ap̄ls. Et alius q̄deȝ
esurit alius aūt ebrius ē. ¶ No
tandū vero hoc loco ꝫm Pe/
trū de tarantasia super ep̄las
pauli q̄ duplex ē cena. s. bona
⁊ mala. Cena bona quadru/
plex est. Quedā corꝑalis in q̄
pauꝑes reficiuntꝰ de qua Lu/
ce. xiiij. ca. Cū facis prandiuȝ
aut cenā voca pauꝑes. Alia ē
cena sp̄ūalis in q̄ donis di aie
satiantꝰ. Et de hac dr̄ apocal.
iij. c. in ꝑsona dei. Ego sto ad
ostiū ⁊ pulso. si q̄s mihi appe
ruerit itrabo ⁊ cenabo cū illo

⁊ ille mecū. ¶ Tertia cena bōa
ē sacr̄alis q̄ fideles i altari pa
scuntꝰ. Et de hac dr̄ Lu.
Hō q̄dā fecit cenā magnam
Quarta cena bōa est celestꝫ q̄
btissimi fruuntꝰ ⁊ de ista dicitꝰ
Apoca. xix. c. Bti q̄ ad cenaȝ
nuptiaꝝ agni vocati sūt. ¶ Ce
na ṽo mala q̄druplex ē. Pria
ē voluptatꝫ in q̄ hoies inebri/
antꝰ. Et de ista Judith. xij. ca.
scribitꝰ. holofernes fec̄ cenā ser
uis suis ⁊ inebriat⁹ ē. Scd̄a ce
na ē crudelitatꝫ in q̄ iusti opp̄
muntꝰ. Sic fuit cena herodis
de q̄ dr̄ Marci. vi. c. Cū dies
oportun⁹ accidisset herodes
natalꝰ sui cenam fec̄ ⁊ in ea Jo
hannē occidit. ¶ Tertia cena
ambitōis in q̄ sugbi extolluntꝰ
Et de hac dr̄ Math. xxiij. ca.
Amāt p̄mos acubitos i cenis
Quarta ē cena supstitōis ⁊er
roris sic̄ ē cena ydolatraꝝ. d̄ q̄
i. ad corith. x. c. Si q̄s īfideli
um vocat vos ad cenā ⁊ vultꝫ
ire oē qd̄ vob̄ apponitꝰ mandu
cate. nihil introgātes ꝑp ꝯsciē
tiā. Jn q̄bꝰ v̄bis ꝯcedit ap̄ls
licētiā cōedēdi cū īfidelib⁹ his
q̄ īfidelib⁹ ꝓdesse p̄nt. Sequitꝰ
ap̄ls loquēs corithijs. Nūq̄d
domos n̄ hētꝫ ad mādrucādū
⁊ bibēdū. i. domos nō ꝯsecra
tas i q̄b⁹ dn̄t exerceri talia ꝯui
uia. āt ecciaȝ di ꝯtēnitꝫ ⁊ ꝯfūdi
tis eos q̄ nō hn̄t. q̄d dicā vob̄

laudo vos in hoc non laudo immo.ſ.vitupero. Et minus dicendo plus ſignificat. Sed hodie xp̃iani multo grauius errant q̃z corinthi circa ſacramentū iſtud venerabile. Et h̃ triplici ratione.

¶ Primo ratõe incredulitat̃.

¶ Scõo rõne culpabilitatis.

¶ Tertio rõne tepiditatis

¶ Primo aliqui errant ratione incredulitatis. qz nolũt credere realem exiſtentiaz corporis xp̃i in ſacramento altaris vellent enim altitudinẽ tanti ſacramenti attingere vi nature z ingenij proprij Sz in hoc nihil eſt inueſtigandũ ſecũdũ nature regulas. cũ omia que veraciſſime predicant̃ de hoc ſacramento referenda ſint ad omnipotentiã dei. De q̃ Cicero in libro de natura deorum refert. Nulli eſt nature ſubiectus aut obediens deꝰ. Omnez ergo regit ipſe naturã Credere itaq̃ debemꝰ pure z ſimpliciter audictes doctrinam ſanctoꝝ z eccleſie confeſſionez ac verba xp̃i. Quorum sentẽtias diſtincte poſitas videre poteris in quadrageſimali de penitentia in ſermone ō verita te ſacramenti. ¶ Scõo errãt cũ irreuerentia circa ſacramẽtum alij z quidem multi rõne culpabilitatis qui preſumunt in mortali culpa ſuſcipere corpus xp̃i. ¶ Tertio errant plerique rõe tepiditatis qz abſq̃ feruore deuotõis ꝓpũctõis z meditationis ad altare ſanctum accedunt qui notare debẽt ea que ſcripſimus in quadrageſimali depenitentia in ſermõe de cõmunione.

¶ Quod ſacramentũ euchariſtie eſt excellentiſſimũ q̃ declarat eius nomen z qz ſuperat alia. z q̃m fuit a xpo ſolenniter inſtitutum.

Capitulum ſecundum.

Secundũ myſteriũ declarandũ ẽ de ſacramẽti euchariſtie excellẽtia. Hanc explicat apl̃s cum ait. Ego enim accepi a dño quod z tradidi vobis tẽ. qz videlicet q̃ ſcripſerunt de hoc euangeliſte ipſe accepit a dño reuelante. qz dñs ieſus hoc memoriale ſacramentũ inſtituit ſub duplici ſpecie in memoriã ſue paſſionis z mortis. Quanta vero ſit huius ſacramenti excellẽtia colligere poſſiumꝰ principaliter ex tribus.

¶ Primo ex nominatione.

¶ Scõo ex ſuperatione.

¶ Tertio ex inſtitutione

¶ Primo colligitur huius ſacramenti excellentia ex nominatione. Nam ſm franciſcuz de

mayronis in ſuo.iiij.diſt.viij Quatuor ſunt huius ſacramenti noia Primũ nomẽ ẽ euchariſtia. vt.i.q.i.c.multi ſecularium. z de con.di.ij.c.cuotidie. extra de pe.z remiſ.c. omnis. ſm vero Dyoni.li. de angelica iherarchia. eucariſtia dicit ab eu quod eſt bonũ z caris gratia quaſi bona gratia. qz ibi eſt bona gratia non inhe rens ſed ſubſiſtẽs. vt dic̃ Ãdulphus.in.iiij.di.viij. ¶ Secundũ nomẽ eſt viaticum. vt ij.q.ij.c.ſi quis in infirmitatẽ qz eſt viatorũ cibus z ſolidatio. ¶ Tertiũ nomẽ eſt hoſtia. vt de con.di.iiij.ca.ſacramẽtũ.z.c.ſemel. Et dicit hoſtia. qz paſſionẽ xp̃i ſignificat quaz patri obtulit. Quartũ nomẽ eſt ſinaſis grece ſcõm Dyoniſiũ.de angelica ierarchia.z latine idem eſt quod cõmunio. quia eſt omniũ fideliũ cõmunis vnio. dicitur eriã ſacramẽtum altaris. ō con.di.i.ca.ſacramẽta. ¶ Scõo colligit excellentia ſacramẽti eucariſtie ex ſuperatione. Superat enim nobilitatẽ oim aliorꝝ ſacramentorꝝ. Vñ Hieroni.i.q.i.capimulti ait. Quid enim melius corpore z ſanguine dei noſtri quaſi dicat nihil. de con. diſ. ij.c.nihil.nihil ĩ ſacrificijſ mauis eſſe poteſt q̃ corpus z ſanguis xp̃i.nec vlla oblatio hac potior ſed hec omnes p̃cellit. Notandũ tñ ſcõm Landulphum in.iiij.di.i. q vnum ſacramentũ poteſt dici nobilius alio multipliciter. ꝑmo effectu. z ſic baptiſmus eſt ceteris nobilius di.xxiij.c. veruz. ¶ Secũdo miniſtri dignitate vt confirmatio de con'diſt.v ca. de his. ¶ Tertio vt re contenta ſicut eucariſtia.di.xxv. c.ecce. Quarto ſignificatione vt matrimoniũ.xxvij.q.ij.ca. ſocietas. ¶ Quinto gradꝰ dignitate. vt ordo ſtatus neceſſitate. vt penitentia z extrema vnctio. ¶ Nobilitas etiam in ſacramẽtꝫ poteſt accipi penes ſtatus eccleſie. baptiſmꝰ enim eſt ſacramentũ intrantiuz di. xxij.c.preter ¶ Cõfirmatio pugnantium. Euchariſtia ꝑgredientiũ. Vñ z viatici cuz dicit xxvi.q.vi.c. Qui recedũt.z.c de his. Penitentia eſt errantium z deficientiũ. Matrimoniũ incontinentiuz. Extrema vnctio exeuntiũ.xxvi.q.vij.c. Ab infirmis. Sacramentuz ergo eucariſtie ſuperexcellit reliqua quantũ ad rem ꝓtẽtamque eſt corpus chriſti verũ. de con.di.ij.c. Reuera.c. Omia Tertio colligitur excellentia ſacramenti euchariſtie ex inſtitutione quia inſtitutũ fuit ab

ipo redemptore nostro dño ie
su xpo. In qua institutõe cõsi
derande sunt quatuor circun
stantie.
¶ Prima loci.
¶ Secũda diei.
¶ Tertia modi.
¶ Prima circunstãtia est loci
Instituit nãq; xps hoc sacra/
mentũ in hierusalem vbi fue/
runt instituta quatuor sacra/
menta. ¶ Primũ pnie quãdo
xps post resurrectionẽ appa/
rens discipulis insufflauit et
dixit eis. Accipite spm̃sanctũ
Quor remiseritis peccata re
mittuntur eis. Johan.xx. ca.
¶ Secõm fuit sacrametuz ba
ptismi qñ Marci vltimo ca.
dixit. Euntes in mundũ vni
uersum predicare euangelium
omni creature baptizantes in
noĩe patris z filij z spirituſſan
cti ¶ Tertiũ fuit sacr̃m ordi/
nis, qñ dixit aplis Luce. xxij.
ca. Hoc facite in meã cõmẽo
rationẽ. Tũc enim vt dic̃ Ri
cardus in.iiij. ordinauit xps
aplos sacerdotes. ¶ Quartũ
fuit sacr̃m eucaristie. ¶ Secũda
circũstantia ꝯsiderandi dicit
diei. Nã institutũ fuit h̃ sacra
mentũ feria. v. q̃ quadruplici
mysterio fuit ꝯsecrata. primo
pisciũ creatõe i mari z auiũ in
aere vt pz geñ.i.c. Ad designã
dũ q̃ duo gña hoim ad sum/
ptionẽ hui⁹ sacramẽti sunt ap
ta. s. actiui q̃ in amaritudine
pnie ꝯmorãtur sicut pisces in
mari. z ꝯtẽplatiui q̃ designãt
p aues. scdo dies ista fuit ꝯse/
crata mysterio dñice oblatõis
Nã btã ẏgo feria q̃nta obtu/
lit filiũ suũ in templũ vbi dat
intelligi q̃ suscipiẽtes. Sa. eu
caristie pleni debẽt eẽ hũilita/
te sicut fuit btã ẏgo. tertio di
es ista fuit cõsecrata mysterio
dñice ascẽsiõis. Exq̃ dat intel
ligi q̃ volẽtes cõicare dñm hr̃e
mẽtẽ eleuatã ad celos Tertia
circũstantia ꝯsiderãda dr̃ mo
di. Exp̃mit enĩ p̃m⁹ mod⁹ in
canone btĩ petri vbi dr̃ eleua/
tis ĩ celũ oculis. vñ sumit docu
mentũ q̃ illi q̃ sumũt h̃ sacr̃m
dñm hr̃e oculos mentz eleuatos
ad deũ z nõ ad iferiora depꝰ/
sos teste ẋpĥa q̃ ait. Oculi mei
semp ad dñm. scdo mod⁹ fuit
gr̃aꝛ actio Et ꝺ h̃ dr̃ apls Ac
cepit panẽ z gr̃as agẽs. vnde
trahit argumentũ q̃ illꝺ sacrz
sumẽtes dñm eẽ deo gr̃ti. z pci/
pue de tã mirabili bñficio. ter
tius mod⁹ fuit bñdictõ. qz bñ
dixit z nos etiã debem⁹ deuz
bñdicere. ¶ Quart⁹ mod⁹ fu
it diuisio. qz fregit insinuãs q̃
sumẽtes xpi corp⁹ dñm primus
qñ pñt elemosinas dare. iucta
illꝺ ysaie Frãge esurienti panẽ
tuũ. ¶ Qualit monet Aposto

lus fideles vt cũ deuotione su
scipiãt sacr̃m eucaristie osten/
dẽs punitionẽ illoꝝ qui ꝓtra/
riũ fecerunt. ¶ Capi. tertiũ.
Tertiũ mysteriũ de
clarandũ est ꝺ sacri
eucaristie frequẽtia
Frequentandũ q̃p
pe est h̃ sacr̃m i memoriã pas/
sionis xpi. Vñ aplꝰ refert ver
ba christi qui dicit. Hic calix
nouũ testamentũ ẽ in meo san
guine. Que verba sic exponit
Nicolaus de lira. Hic calix. i.
ꝓtent ũ in hoc calice nouuz te
stamentũ est. vetus enim testa
mentum promittebat bõa tẽ
poralia. Nouũ aũt promittit
bona spiritualia. vt dicitur i
ca. Cum marthe. extra de ce/
le. missa. z glo. in. c. Trãslato
sacerdotio. extra de constitu.
Et vt dicit in dicto. ca. Cum
marthe Nõ solũ scriptura sed
etiã p̃missio dicitur testamen
tũ ver⁹ aũt testamẽtũ fuit cõ
firmatum per aspersionez san
guinis victime brutalis. vt
exodi. xxiiij. Nouum vero te/
stamentuz sanguinis xpi effu/
sione. vt dicitur ad hebreos
ix. c. Subdidit xpus Hoc fa/
cite quotienscunq; bibitis in
meã ꝯmemorationẽ Quoti/
enscunq; enim mãducabitis
panẽ hunc z calicẽ bibetz mor
tẽ dñi annunciabitis dõec ve
niat scz ad iudiciũ Per qđ da
tur intelligi q̃ celebratio hui⁹
sacramenti non deficiet in ec/
clesia vsq; ad finẽ mũdi Sed
apostolus ostendit periculuz
indigne sumentiũ cum sequit
Itaq; quicũq; mãducauerit
panem id est corpus xpi su b
specie panis vel biberit calicẽ
dñi indigne reus erit corporis
z sanguinis dñi. Vbi glo. pu
nietur ac si xp̃m occiderit Nõ
nõ est intelligendũ p̃m eq̃lita/
tẽ sed p̃m quandã similitudi/
nẽ: z ideo sequitur textꝰ. Pro
bet aũt seip̃m homo. s. propri
am ꝯscientiã diligenter exami
nando z emundando. Et sic
de pane illo edat z ꝺ calice bi
bat. Et fit mentio hic de du/
plici specie. qz in primitiua ec/
clesia sic dabat fidelib⁹. Sz p
pter piculũ effusionis sangui
nis mõ dat tm̃ sub specie pa/
nis. Sacerdos tm̃ celebrãs dr̃
accipe sub vtraq; specie. Qui
eni mãducat z bibit indigne
iudiciũ sibi mãducat et bibit
id ẽ ad suã dãnationẽ sumit.
Non diiudicans corpus dñi
id est non discernens ab alijs
cibis sumens eodem modo si
cut alios cibos. ¶ Sz ꝫ h̃ ar/
arguit qz xps dixit Johã.
Qui mãducat me ipe viuit p
pter me. Rñdendũ q̃ hoc in/
telligit de manducante digne

Sequitur apostolus loquēs corinthijs. Ideo inter vos mlti infirmi t imbecilles t dormiunt multi. ¶ Pro quorum verborum declaratione dicit Nicolaus de lira q licet deus multa reseruet puniēda vltimo iudicio. tñ in psenti aliqua punit maxime circa principium legislationis. vt exterioze alij inducantur ad obseruantiam legis. Sicut exodi. xxxij. ca. dicit q post legislationē immediate multa milia hoim occisa fuerunt in vitulo flatilis adoratione. t similiter in primitiua ecclesia. Post latione legis noue per christū ananias t saphira puniti fuerunt subitanea morte pro peccato furti t mendacij vt ex terroze alij a similibus cauerēt. Actuū. v. c. Similiter in primitiua ecclesia multi puniti fuerunt propter indignam susceptionem sacramenti. Vñ apls dicit. Ideo id ē propt indignaz eucharistie sumptionem. Inter vos multi infirmi. i. puniti diuinit9 infirmitate corporali. Et imbecilles lōga valitudine laborantes Et dormiunt multi somno mortis corporalis a deo subito interfecti. q si nosmetipsos diiudicarem9 conscientias. s. nras bene purgando nō vtiq3 iudicaremur. i. puniremur a dño per talem modū. Notanduz q apls in hoc iungit se alijs. non quia esset culpabilis sed ostendens se iunctum esse eis in caritate. Dum iudicamur autem a dño. id est punimur dicto modo corripimur quia talis pena ad correptionē inducitur. vt non cum hoc mūdo. i. cū hominib9 mūdane vitā tibus dānemur. Dicta sūt omia hec vt preparent se fideles ad sacrā cōmunionem ob quam digni efficiantur gratia xpi qui est benedictus in secula seculoz. Amen.

¶ Eadē die. s. in cena dñi: De sacramēto cōfirmatōis.

Sermo q̄dragesim9 septim9

Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet t ē mūdus totus. Verba sunt redemptoris nri Johannis. xiij. ca. t in euangelio hodierno. post susceptū sacramentum baptismi opus est proficere ō virtute in virtutē Vñ hiero. in. i. ad palmachium t oceanū ait. Ibūt de virtute in virtutem de bonis scriptum est xpianis. Nescio qualiter placeant parentibus infantes illi q̄ sunt annoz q̄nq3 vl decem si in ea qua nati sūt modicitate perdurent. Proterea dñs iesus xps instituit alia sacrāmta quibus hūane indigentie posset subueniri. Inter que est sacramentū confirmationis. qō dicatur crisma ratione materie. cōfirmatio ratione effectus t manus impositio ex modo dādi. Oz vero a pleriscz hoc sacramentum contēnitur. ideo i psenti sermone de ipso dicturi erimus. q̄m illud reuerenter suscipientes confirmantur t roborantur vt xpm publice confiteri non erubescant. Videamus itaq3 de illo tria mysteria principalia.

¶ Primū dicitur institutōis
¶ Scōm obligationis
¶ Tertiū regulationis.

¶ Quod sacramentū confirmationis fuit imediate a xpo institutum. In quo datur robur ad confitendum publice xpm qō eccia pficit ex determinata materia t forma.

¶ Capitulum primum

Primū mysteriū videndū de sacramēto confirmationis dicitur institutōis t in hoc declaranda sūt tria.

¶ Primū a quo istud sacrām tum fuit institutū.
¶ Scōm q̄re fuit institutū.
¶ Tertiū q̄liter ꝯsummat

¶ Primū quod est declarandum a quo sacramentū cōfirmationis fuit institutū. ¶ Et ad hoc intelligendū dicit Ricardus in. iiij. di. ij. Quod aliqui dixerunt quedam sacramenta fuisse a xpo imediate instituta Quedā mediantibus apostolis sicut confirmatio t extrema vnctio. Alij dicunt a xpo imediate omia instituta fuisse. quia cum ex sua institutione habeant virtutem cōueniens fuit ea institui ab illo solo imediate a quo habēt sanctificandi virtutē que eis dari non potuit ab aliquo homine puro. Thomas vero dicit q xps omia sacramenta instituit sed quedam magis necessaria t explicite. quedam alia figuratiue t implicite promulgationē t expressionē maiozes relinquens apls. Petrus etiam de palude idem dicit asserens q omia sacramēta a xpo imediate fuerunt institutā licet nō promulgata nisi q erāt necessitatis vt baptismus. de quo dixit Johannes. iij. Nisi q̄s renatu9 fuerit ex aq̄ t spū sancto non potest introire i regnū celoz um. Et penitētia cū dixit Mathei. iij. Penitentiam agite. vel cum dicit leproſis. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et eucharistia cum dixit Johannis. vi. c. Nisi man

ducaueritis carnem filij ho/
minis ꝛc. Instituit christꝰ ex/
tremā vnctionē cū misit apo/
stolos predicare ꝛ oleo vnge/
re infirmos. Confirmationez
qñ bñdicebat pueros eis ma/
nus imponens. Ordines i ce
na vltima. Matrimoniū qñ
nuptias miraculo vini conse/
crauit. ¶ Sed ꝯfessionem ꝛ ex
tremā vnctionē ꝑmulgauit ex
presse per Iacobū. vt. c. Cete
ra ꝑ doctrinā apl'oꝝ. Sacra
mentū ergo ꝯfirmatōis a xpo
fuit institutū ꝑm Petrū de pa
lude. licet nō sit scriptū. qm̄ vt
etiam in precedētibꝫ diximus
videlicet in sermone de super
bia hereticorum Multa tam
de verbis q̄ de factis dn̄icis
inuenim⁹ in euāgelistis omis
sa que apostoli vel suppleuisse
verbo vel facto exp̄ssisse legūt
vt dicitur extra de cele. mis. c.
Cum marthe. Apostoli autē
crismati fuerūt die pentheco
stes sine crismate. vt enim di/
cit Magr̄ senten. in. iiij. Deꝰ
nō alligauit potentiam suā sa
cramētis. q̄n ꝛ ꝑ alios modos
sibi placitos posset ꝯferre gra
tiā ꝑm legē cōem ꝑ sacramen/
tum ꝯfirmatōnis hoc apostо
lis ꝯtulit sine eo plenitudo spi
ritussancti fecit tñ apparere su
per eos aliquid corrūdēs ma
terie crismatis. s. linguas igne
as. Apostoli etiā crismabant
ꝑ impositionē manuū ꝛ dece
debat visibiliter spūssanctus
Vt scribit actuū. viij. c. ¶ Se
cundū qđ est declarādū qua/
re sacrm̄ ꝯfirmatōis fuit insti/
tutū. ꝛ dicūt doctores in . iij.
di. vij. q fuit institutū ad hoc
vt ꝑ gratiā operantē roboret
ꝛ fortificet aia ad ꝯfitendum
eū fiducia fidē xp̄i. ¶ Notan/
dū q̄ pōt quis tripliciter robo
rari seu ꝯfirmari.
¶ Primo ꝑ iuriū firmationē.
¶ Scđo ꝑ armoꝝ additōem
¶ Tertio per membrorum vi
gorationem.
¶ Primo roborat ꝛ cōfirmat
q̄s ꝑ iuriū firmationē. Cū em̄
quis eligit ad aliquā dignita/
tē acq̄rit ei ius ad rē illā. sed
cū a superiore ꝯfirmat firmat si/
bi magis illud ius vt non ita
de facili possit sibi auferri. Si
cut dicitur de salomone rege
q eo ꝯfirmato in regno regnū
ei adhesit fortius. Sic ad pro
positū ꝑ baptismū assumitur
q̄s spūaliter ad dignitatez re/
giam ꝛ acquirit ei ius ad om
nia sacramēta vt admittatur
ad ea. Iz per ꝯfirmatōis sacrm̄
magis firmat sibi illud ius
¶ Scđo ꝯfirmat q̄s ꝑ armo/
rū appositionē. q̄uis em̄ q̄s sit
fortis corpe si cū h̄ addant sibi
arma sic fit militi cui accedit
ad bellū inde ꝯfirmatur ꝛ ma
gis roborat. Per baptismum
aūt recipit q̄s grām vigoran
tē eū ad bene agendū. Sed ꝑ
crismationē recipit maius ro/
bur spirituale ad pugnandum
ꝑ fide vt nō terreat nec erube/
scat publice fidē xp̄i confiteri.
Vñ petrus apostolꝰ q̄ ad vo
cē vnius ancille ita timuit q
xp̄m negauit. Et ipse cū alijs
apostolis q̄uis grāz haberēt
ꝛ essent baptizati. Vt dic̄ Au
gu. tñ stabant clausi in domo
ꝓpter metū iudeoꝝ. Iz postq̄
fuerunt ꝯfirmati in die pēthe/
costes ita fuerunt roborati q
exeuntes domū ceperūt publi
ce predicare magnalia dei ꝛ si
ne aliquo timore fidē xp̄i. Et
quantūcunq̄ fierēt eis minez
flagellarētur nō dimittebant
quin publice p̄dicarent. Vñ
xp̄s dixerat eis Luce vl. capi.
Sedete in ciuitate quousq̄ i/
duamini virtute ex alto. i. ar/
mis fortitudinis. ¶ Armatur
ergo illi q̄ crismātur signo cru
cis ꝑ ep̄m i fronte ꝛ inūgūt si/
cut ꝛ pugiles antiquitus inun
gebant ad hoc vt tanq̄ fortes
milites xp̄i facti nō timeāt nec
erubescāt publice christū fate
ri. In huiꝰ figurā dauid vn/
ctus a samuele prelians cum
golia terribili gigante preua/
luit ꝯ eum ꝛ in funda ꝛ lapide
occidit. ꝑmi reg. xvi. cā. Hic
melchiades papa. de cō. di. v
c. Spūssctus ait. Qui i mūdo
tota etate victuris inter visi/
biles hostes ꝛ pricula nob̄ gra
diendū ē. In baptismo regna
mur ad vitā. Post baptismū
ꝯfirmamur ad pugnā. In ba
ptismo abluimur post baptis
mū roboramur Et quamuis
ꝯtinuo transitur; sufficiat re
generatōis baptisma victur;
tamen sunt necessaria confir/
mationis insignia. Regene/
ratio saluat mox in pace bea/
ti seculi recipiēdos. ¶ Confir
matio armat ꝛ istruit ad ago
nes mundi. ¶ Tertio confir/
matur quis ꝛ roborat per mē
brorum fortificationem. Cum
puer nascitur vuit vtiq̄. sed
multū est debilis nec ad ope/
ra aptus adultorum. Ex sen
sibilibus autem ꝛ corporali/
bus deuenire possumus in no
ticiam spiritualium per simili
tudines eorum. nascitur enim
homo in esse spirituali per ba
ptismum ꝛ viuit vtiq̄ vita gra
tie. sed adhuc est quasi debi/
lis in vita spirituali. Vnde
Apostolus Petrus in prima
sua canonica. capitulo secun/
do baptisatis ait. Quasi mo/
do geniti infantes lac concu
piscite vt in salutem creseatis
¶ Sed per confirmationem

vel crismationem confirmat homo quasi peruenies per hoc ad etatem robustam vt possit bellare z fortia agere. ¶ Tertium quod ē declarandum q liter hoc sacramentū consummatur. i. que sit materia eius z que forma Et quantum ad materiam dicit Ricardus q materia huius sacramēti determinata est crisma consecratum ab epo quod componit ex oleo oliuaz quod designat nitorē conscientie z balsamo quod designat odorem bone fame. vt patet extra de sacra vnctione ca. vno. nec obstat. quia xps nō fuit vsus ista materia. qz credendum est q ipse hanc materiā determiauit inspiratione vel precepto. vnde Damascenus li. iiij. c. iiij. ait. multos ritus seruat nunc ecclesia qui licet in scriptura nō inueniantur expresse. instituti tū per sanctos spiritussanctū instituit z reuelauit ¶ Dicit tñ Landulphus q crisma consecratum ab epo ē materia remota. s. confirmationis. sz vnctio est materia propinq. Forma vero huius sacramenti ē Consigno te signo cruc, z cōfirmo te crismate salutis. In noie patris z filij z spiritussancti Amen. Hanc formam vt inquit petrus de palude non habemus ab euangelistis. sed a traditione romāe ecclesie q eaz accepit ab apostolis q eā a xpo acceperunt. Et si apostoli non fuerunt vsi hac forma dispensatiue factum est sicut tūc forma baptismi. Magis tñ vsi creduntur licet non legatur. quia occultabant formas sacramētorum propt irrisiones gentilium. z quia i signo crucis omnia sacramenta perficiuntur. de con. disti. v. c. Nunquid.

¶ Quod oms fideles obligātur suscipere confirmationez ab epis ex precepto ecclesie pro loco z tempore.

Capitulum secundū

Secundū mysteriuz videndū de sacramento confirmatōnis dicitur obligatio. vbi querit an fideles obligentur ad istud. s. de necessitate. Et ad rñdet Ricar. in. iiij. z Petr⁹ de palude. Dō hoc sacramentū nō est simpliciter necessarium nec ex institutōne propter effectum eius qui est robur spirituale. quia de facto z meritorie potest homo confiteri fidem tempore persecutionis per fortitudinē z caritatē que datur in baptismo cū nimia caritas sufficiat ad resistendum cuicz temptationi.

Item non est necessarium ex institutione xpi. quia christ⁹ nō promulgauit hoc sub cōminatōe dānatōis. vt baptismū z confirmationem. Nec precipit illud sicut eucharistiam propt q ista tria dicuntur necessitatis. sed videt h̄ esse necessariū ex ordinatōe ecclesie q statuit vt omnis fidelis semel in vita confirmetur si potest. vt patet de cō se. di. v. c. Omēs fideles. vbi dicitur q omnes per impositionem manus episcoporū recipere debent spiritū sanctum post baptismū. vt pleni xpiani inueniantur. Et de con. di stin. v. c. Spiritussanctus dicitur. Dicturis necessaria sūt confirmationis auxilia. ¶ Et in. c. vt ieiuni. dicitur. Nunq̄ erit xp̄ianus. s. plenarie q non fuerit epali confirmatōe crismatus. Et Rabanus de consecra. di. v. ait. Nouissime a summo sacerdote. i. epo per manū⁹ impositionē paraclitus dat baptisato vt roboretur per spiritumsanctum. Et Hugo li. ij. de sacramentis timēdum est his qui per negligentiā omittunt epi pñtum z non suscipiunt manus impositionem ne forte propterea dānent. Quāuis ergo paruulus post baptismū moriens vadat ad gloriam etiā nō crismatus. tamē nō habet illam plenitudinez seu augmentū gratie. vnō nec glozie sicut confirmat⁹. Et adultus qui contēneret hoc sacramentum suscipere saluari nō posset. ¶ Sed h̄ loco q̄rit vtz soli epi possint cōfirmari. Et q sic probatur. Nā scribit extra de sacra vnctione. c. Unico. Cū ceteras vnctōnes simplex sacerdos vel presbyter valeat exhibere hanc non nisi sūmus sacerdos. i. eps debet cōferre. Itē de con. di. iiij. p̄sbyteri baptisatos infantes signari in frontib⁹ sacro crismate nō p̄sumant Et idem habetur de con. di. v. Danus. z. cap De his. Et. lxviij. di. Quāuis. ¶ Sed cōtra arguunt aliqui. q. vt recitat magister sen. ten. in. c. iiij. habetur. xcv. dis. c. peruenit. Gregorius scripsit Januario epo in grecia q sacerdotes possent inungere in fronte crismate sicut antea faciebant. Prohibuerat enī eos confirmare. sed quia popul⁹ fuit de hoc scandalizatus cōcessit q possent confirmare sicut añ. Respondet Landulph⁹ in suo. iiij. q circa h̄ varia diuersi dicunt. ¶ Alij enīz tenēt q gregor⁹ concessit vngere i frōte oleo z nō crismate ad sedādum scandalū populi. Sed cōtra hoc obijcit glo. qz tunc

illum populum decepisset. et ita vno sacramēto defraudasset qđ nō est presumendum de sancto Grego. ¶ Quidam vero tenent q̄ gregorius fecit illos sacerdotes qui erāt sub iamuario ep̄o quo ad actū cōfirmādi ep̄os ita q̄ quilibet eor̄ in ordine ep̄at⁹ sibi in hac potestate collata ꝯfirmabat. Ricar. vero dicit q̄ licet soli ep̄i ꝯfirmare possint ex ordinaria potestate tñ simplex sacerdos confirmare posset ex ꝯmissiōe pape. vñ glo. i. c. Qñ. extra ō ꝯsuetudine ait. Papa pōt delegare auctoritatem crismādi simplici sacerdoti ⁊ non laico Ep̄i vero licet ipsi possint crismare nō possunt tñ alijs inferioribus demādare q̄ ex officō hoc facere nō possunt Dz alij ep̄i vel archiep̄i possunt ꝫ facere in dioceſi alteri⁹ ep̄i de licētia ipi⁹ ep̄i. Ep̄i enī ea que sunt iurisditōnis. vt iudicare excōicare ⁊ similia. cōmittere pñt etiā alijs nō habētib⁹ iurisditionē. Ea vero que sunt ordinis ⁊ ep̄alis auctoritatis nō pñt demādare aut delegare alijs q̄ sunt inferioris ḡdus Et de cō. ecclesie vel altar̄. c. Aqua. dicit text⁹. Dz eps cōmittere valeat q̄ iurisditionis existūt q̄ ordinis tñ q̄ ep̄al' sūt nō pñt inferioris grad⁹ clericis demādare. Vbi glo. iurisditōis. puta iudicare cognoscere de causis bñficia cōferre ⁊ oia alia q̄ assecur⁹ est ep̄us in ꝯsecratōe. hec oia ꝯmittere pōt ⁊ delegare vnicuiꝫ maiori vel minori. Sed ea que sūt ordinis. s. clericos ordinare ꝑgines ꝯsecrare. crisma ꝯficere ⁊ similia nō pōt Ergo vt redeamus ad nostra obligantur fideles ad sacrm ꝯfirmationis qđ ep̄i ꝯferūt. Et vt fideles ecclesia alliciat ad deuotionem tanti sacrāmti statuit inter cetera q̄ licz qñꝫ ciuitas sit supposita excōicationi ⁊ interdicto: potest eps ꝯuocare populū cū sibi videbit expedire apō aliꝫ ecciam ⁊ predicare insuper ⁊ crismare. vt patet extra de sen. ex.. c. Rñsio.

¶ De reglis que obseruari debent circa sacramentum confirmationis.

Capi. tertium

Ertiū mysteriū videndū de sacramēto cōfirmatōnis dicitur regulationis

In quo notāde sunt aliqua regule circa vsum e.⁹ ¶ Prima regula ꝑm doctores in. iij. q̄ hoc sacramentū dz dari oib⁹ fidelib⁹. baptisatis non autem non baptizatis ⁊ mulieribus sicut ⁊ viris. qr etiā mulieres pro xpo dimicauerunt. vū

Crisо. in omelia super Matheum ait. In mūdanis agonibus etatis. ⁊ forme generis⁹ dignitas requiritur. ⁊ ideo seruis ⁊ mulieribus senib⁹. ac pueris ad eos aditus denegatur. In celestibus autem omi persone ⁊ etati ⁊ serui indiscreta facultate stadiū patet. et in omelia ō militia spirituali dicit. Apud deū femineus etiaz militat sex⁹ Multe nāq̄ feie anio virili ſpūalem militiam gesserunt. quedā enī interiores homīs virtute viros equauerunt in agonib⁹ martyrij. quedam etiā fortiores vīris extiterūt. ¶ Scda regula q̄ paruuli etiā possunt cōfirmari. quia si nō tūc tñ postea habebunt forte ꝯfiteri xp̄m ⁊ min⁹ hñt ō fictione. tū qr hoc sacrm iterari nō dz ⁊ nō sic presumitur ō conuersato int' xp̄ianos q̄ sit crismatus sicut q̄ sit baptisatus. Ideo non expedit q̄ puuli ꝯfirmētur ante septēniuz vt possint melius recordari post ea confirmati. quibus etiaz ꝑpter hoc solet dari alapa saluātur tamen paruuli baptizati etiā sine ꝯfirmatōe. ¶ Tertia regula q̄ ille qui crismatur debet teneri ab aliquo secundum Thomam. iij. parte. q. lxij. Nec tamen ista tentio est de necessitate sacramenti. qr ⁊ sine ipsa daretur: sed est ex p̄cepto ecclesie si adsit facultas Congruit autem tentio huic sacramento. quia confirmandus vt debilis confirmari petit. ⁊ ideo ab alio vt a baculo sustentatur quasi infirmus ⁊ mulier etiam tenere potest

¶ Quarta regula q̄ non confirmatus non debet tenere cōfirmandum argumentum de consecratio. distin. iij capitulo In baptizante. Itē nec vir vxorem nec vxor virum Alioquin iure petendi debitum carebunt si scienter facerent. secus si ignoranter. xxx. q. i. cap. De his. Item consanguinei vel affines non debent se mutuo tenere quia sufficit vinculum carnale vel naturale.

¶ Quinta regula q̄ in confirmatione contrahitur cognatio spiritualis non solum impedies matrimonium contrahendum sed etiam dirimens contractum. Et hec cognatō contrahitur inter confirmatū ⁊ eum vel eos qui tenēt ad cōfirmationem inter ipsum confirmatum ⁊ filios naturales ꝙ inter alios de quib⁹ dixim⁹ in sermone de luxuria incestuosorum. ¶ Sexta regula q̄ adulti monēdi sun ⁊ premittere

ꝓfessionem añ ꝓfirmationem vt de con. di. v. c. Ut ieiuni. z hoc in oñi fusceptiõe sacramenti post baptismum obseruandũ est ab eo qui post baptismũ peccauit mortaliter

¶ Sexta regula q̃ sacramentũ ꝓfirmationis ieiunis z a ieiunis dari debet. vt patet de con. di. v. c. vt ieiuni. z. ca. sequod z de omni sacramẽto intelligendũ est. vnde sine causa post prandiũ ministrari nõ debet. puta si ep̃s nõ p̃ot mane ꝓmode crismare ¶ Septima regula q̃ in omni loco duz tñ decenti z honesto potest ep̃s ꝓfirmare sine peccato non solum in ecclesia sed extra. licet crisma solum in ecclesia confici debeat. z hoc intelligẽ dyocesi sua subditos suos nisi ex ꝓmissione vel licẽtia cõfirmaret alios. z nota q̃ si ep̃s cõfirmaret nõ subditos absq̃ sui superioris epi licentia vere p̃ctaret sacramentũ licet peccaret. z no efficeretur irregularis neq̃ suspensus. ¶ Octaua regula q̃ vnctio crismatis faciẽ da est in fronte. Extra ö sacra vnctione. c. vno. q̃ vt magis audacter z sine roboze hõ cõfiteatur xp̃m datur confirmatio. z ideo potius in fronte fieri debet vbi magis apparent huiusmodi passiones. Confirmat ista Tho. in iij. parte asserens q̃ ista consignatio fit in fronte propter duo. ¶ Primo quidem quia crismatus signitur signo crucis sicut miles signo ducis quod quidez debet esse euidẽs z manifestũ. inter omnia autẽ loca corpis humani maxime manifestus est frons qui quasi nunq̃ obtegitur Et ideo linitur crisma tus crismate in fronte vt i manifesto demonstret se esse xp̃ianũ sicut z apostoli post receptum spiritum sanctũ se manifestauerunt qui prius in cenaculo latebant. Scõo q̃ aliquis impeditur a libera ꝓfessione xp̃i propter duo. s. propter timorem z propter verecundiam. vtriusq̃ autẽ horũ signũ marime manifestatur in fronte propter propinquitatem imaginationis z propter hoc spiritus a corde directe ad frontẽ ascẽdunt. vnde verecundati erubescunt timentes autem pallescunt. vt dicitur in. iiij. ethi. z ideo in fronte signat crisma te vt neq̃ propter timorez neq̃ propter erubescentiã nomẽ xp̃i ꝓfiteri pretermittat. ¶ Nona regula q̃ debet frons ligari quousq̃ crisma desiccetur Non oportet autẽ q̃ pannus septem diebus ligatus capite portet sed q̃ septẽ diebus caput a lotione seruetur. z hoc ꝓpter reuerentiam crismatis z ꝓpter septem dona spũssancti Sint ergo xp̃iani diligentes vt confirmationis sacramentũ cum deuotione ac reuerentia suscipiãt. vt sic fortificati ieſuz xp̃z dñm z saluatorẽ seculi ꝓfiteãtur. cui sit laus z gl'ia p̃ infinita secula seculoꝝ Amẽ.

¶ Feria sexta magna de flebili morte saluatoris nr̃i ieſu xp̃i Sermo q̃dragesem⁹ octau⁹

Inclinato capite tradidit spm̃. Scribunt hec ꝓba Johan. xix. z i euãge. hodi. Si oim nostruz oculi fierent fontes aque viue z lacrime profluentes ex illis superexcederent abundantiã flumi nũ stagnoꝝ lacuũ z marꝝ oceanu nõ sufficeret ad satisfaciendũ pietati quã debemus p̃ssimo redemptori nostro dño ieſu xp̃o. Nihil enim excogitari potest aut enarrari flebilius z ꝓmiseratione dignius q̃ eius acerba passio z mors crudelis ab eo p̃ nobis vermiculis tolerata. sed pleriq̃ asserunt nõ conuenire grauitati viroꝝ sapiẽtum vt se ad lamenta inclinẽt z lacrimas. Quos nos facile conuincim⁹ exẽplo eoꝝ carorum qui propter planctum suorum de benignitate laudantur. sicut ioseph q̃ fleuit z deoscultus est faciem patris sui defũcti. vt dicitur Geñ. l. c. Et dauid qui plantit super saul z ionatha interfectos i prelio. vt scribitur. ij. reg. i. c. Et super tumulũ abner interfect⁹ a ioab z abisei. vt habet. ij. reg. iij. ca. ac pro amon filio quẽ interfecit absalon. vt patet. ij. reg. xiij c z deniq̃ nũciata morte absalon flebat dicens. Absalon fili mi fili mi absalon. z versa fuit victoria illius viri i luctũ omni populo. vt patet. ij. reg. xviij. c. ¶ De alexandro insup qui magnus cognominat⁹ est refert Quintus curtius q̃ audita morte vxoris darij fudit lacrimas. sic z alij plurimi q̃s omittere libet. ¶ Cur igit̃ non debeat vnusquisq̃ facie lacrimis madefacere cuz narratur mors illius qui fuit a patrib⁹ desideratus a prophetis p̃nũciatus. a decem sib illis vaticinatus. ab angelo annunciatus. a virgine matre ꝓceptus ab elizabet bñdictus. a multitudine angeloꝝ laudat⁹. a pastoribus inuentus. a stella mõstratus. a magis honoratus a symeone iusto z sene in brachijs susceptus. Ipse vtiq̃ ö est z virginis fili⁹. Ipse ö spiritusancto conceptus. ipe oĩ gratia z veritate repletus Ip⁹

¶ Pro pmi dubij declaratio/ ne audienda est scientia Augu stini qui libro. xiij. de trinitate ait. Sanāde nře miserie null9 alius modus cōuenientior fu/ it cp per passionem xpi. Ratio est ꝑm Tho. tertia pte. q. xl vi. quia tanto aliquis modus cō uenientior est ad assequenduz finem quanto per ipsuz plura concurrunt expedientia fini. p hoc autem q homo per christi passionem est liberatus multa occurrūt ad salutem hominis pertinentia preter liberationez a pctō que sunt pcipue tria.

¶ Primū ē cognitio dine cha ritatis.

¶ Secundū exemplum virtuo sitatis.

¶ Tertium conseruatio puri/ tatis.

¶ Primuz est cognitio diuine charitatis. per hoc enim homo cognoscit quantum a deo di/ ligatur. ideo Johannis. iij. ca. christus dixit. Sic deus dile/ xit mundum vt filium suū v ni genitum daret. Et ecclesia di cit illud verbum Gregorij. O inestimabilis dilectio charita tis vt seruum redimeres filiuz tradidisti. Et Hiero. in episto la ad Damasum papam inqt Que maior potest esse clemen tia cp vt dei filius: filius homi nis putaretur, decem mensiuz fastidia sustineret partus. expe ctaret aduentum. per singulas adolescceret etates. z post con/ tumelias vocum alapas z fla gella crucisqz pro nobis fieret maledictum vt nos a maledi cto legis absoluere Et Paul9 ad romanos. viij. ca. ait. Pro pprio filio suo non pepercit de9 sed p nobis omnib9 tradidit illum. ¶ Si autem aliqs obij ceret. quia magna iniquitas ē innocentē passioni z morti tra dere. Sed sicut dicitur Deu/ teronomij. xxxij. Deus fidelis est z absqz vlla iniquitate. ergo filium innocentem non debu/ it tradere passioni z morti.

¶ Respondet Tho. tertia p/ te. q. xl vij. q deus pater tradi/ dit christum passioni. ¶ Uno quidem modo ꝑm q sua eter/ na voluntate ꝓordinauit pas/ sionem christi ad humani ge/ neris liberationem. ꝑm illud quod dicitur Ysaie. liij. capi. Dominus posuit in eo iniqui tatem omnium nostrū. ¶ Se cundo inquantū inspirauit ei voluntatem patiendi pro no/ bis infundendo ei charitatem. ¶ Tertio non pregendo eum a passione sed exponendo per/ sequentibus. vnde vt dicitur Matthei. xxvij. capi. clamauit in cruce. Deus meus cur me dereliquisti. quia scilz ꝑm

fe qui peccatū nō fecit nec do/ lus inuentus ē in ore eius. Ipse speciosus forma p filijs homi nū in quē desiderant angeli p spicere. ipse veniqz qui dilexit z lauit nos a peccatis sanguine suo. Currite igit gētes vndiqz z venite hodie ad locū calua rie. z dū in cruce post dira tor menta mortuū inspicitis au/ ctorē vite flebilib9 vocib9 aera cōplete. Plāgite z vlulate sup iesu in cruce p nobis extincto. Plangite z virgines virginez de virgine natum Plangite o nupte z cōiugati matrimonij pcipuū cultorē. qui vt illud ex tolleret aquā in vinū cōuertit in nuptijs. Plāgite o vidue ie sum qui viduas honorauit. z adolescentē filiū qui mortuus erat suscitatum restituit vidue matri. Plangite viri docti sū/ mū doctorē lumen mūdi qui sp docuit ꝓitatē plāgite turbe z pplī z oēs xpm q turbas bis miraculo panū refocillauit. plā gite o mres filiū ꝓgis inocētē decor. hodie vulnerauerūt. ho die illuserūt affabilē trigitatres annos habentē etatis. quē iu/ dei pessimi hodie crucifixerūt: hodie veniqz occiderūt. Sed cum ad hoc nō sufficiat imbe cillitas nostra mente ad deuz est recurrendū orādūqz vt gra tiam largiat qua mediante re cordari tāte rei cū cordis teme ritudine valeamus. Quare et vos astātes genuflexi in silen/ tio dicite pat noster. Ego ꝓo voce publica referam orōnem quā facit ecclesia. Respice qsu mus dne sup hāc familiā tuaz p qua dominus noster Jesus xps nō dubitauit manib9 tra/ di nocentiū z crucis subire tor mentū Amen. Implorato iaz ex supis psidio. omnes ingenij vires excitabimus ad contem plandā mortem vnigeniti filij dei quā tulit vt nos viuifica/ ret ac reconciliaret eterno pri.

¶ De ipsa itaqz morte iesu xpi locuturi tria mysteria ꝓponi/ mus contemplanda.

¶ Primū ōr veritatis

¶ Scōm penalitatis

¶ Tertium pietatis

¶ Oō modus liberādi genus humanum per passionē xpi fu it conueniens. z q xps occisus fuit a iudeis ac vere mortuus

Capitulū primū

Primum mysteriū cō/ templanduz de morte xpi ōr veritatis. in quo tria dubia pulsima declarem9

¶ Primū vtz fuit conueniēs modus liberationis humane p passionē z mortē xpi

¶ Secundum vtrum xps fuit ab alio occisus. ¶ Tertiū vtz xps fuit ꝑe mortuus

tum eis cõmittitur. ⁊ sic patet pri muz qõ requiritur: scz ex parte dã tis auctoritas. Secundũ quod re quiritur vt. s. quis indulgentiã cõ sequatur est q̃ ille qui indulgen ⸗ tiam recipit sit in statu gratie: qa existens in peccato mortali non re apit indulgentiam. quod proba ⸗ tur: quia non fit remissio pene re ⸗ manente culpe: sz per indulgenti az nõ fit remissio culpe: g̃ nec pene Secundo probatur sic: prelat⁹ nõ potest inimico ecclesie thesaurum ecclesie extra ecclesiam dispensare sed peccatores sunt extra ecclesiaz ergo ⁊c. Tertio probo. naz dicitur in dando indulgentiam vere con ⸗ tritis ⁊ confessis: ad ostendenduz q̃ existẽtes in peccato mortali in ⸗ dulgentias non habent: ideo req ⸗ ritur ex parte recipientis charitas Tertium qõ requiritur ad indul ⸗ gentiam consequendam est q̃ sit aliqua rationabilis causa in dãdo indulgentiam: scz vt detur ad ho ⸗ norem dei ⁊ vtilitatem primi. nec hoc derogat diuine iusticie: quia propter indulgentiam non dimit titur pena: sed minus pena alteri computatur: ideo hac prima cau ⸗ sa querendus est deus in ecclesijs vt habeatur remissio peccatoꝝ ra tione indulgentiarũ que ibidez po nũtur ⁊ hoc de primo. Secũdo di ci q̃ in ecclesijs est querendus de us propter sanctoꝝ deuotionem: ideo i ecclesijs sanctoꝝ ymagines depingũtur ⁊ illis conspectis po ⸗ pulus ad maiorem deuotionez ac cenditur: vt sic sancti tali deuotio ne orent pro nobis quod non face rent nisi supplicatõ precederet: er go sanctoꝝ deuotione in ecclesijs querere debemus deuz. Tertio in ecclesijs querere debemus deuz p pter mortuorũ recordationem: qr corpora mortuoruz in ecclesijs se peliũtur ⁊ dum eorum sepulchra conspicimus pro illis oramus qõ non faceremus nisi ecclesiam visi taremus. Quarto in ecclesijs deũ querere debemus ꝑpter diuinam ordinationem: quia ecclesia solum a deo instituta est ad deũ orandũ Math. xi. Domus mea dom⁹ ora tionibus vocabitur. Et tamen cũ ad hoc a deo instituta sit multi fa ciunt ex ea iuxta verbum saluato ris speluncam latronũ. Q vtinaz essent tantum spelunca latronuz: sed peius est: quia facta est lupa ⸗ nar meretricũ. Nam reuersum est tempus arrianoꝝ quorũ tempore multa nephanda in templo com ⸗ mittebantur. Nõne hodie ꝓ thdo ⸗ lor omnes vanitates ad ecclesiam ꝓfluũt mulieres depicte: iuuenes lasciui. O quantũ frequẽter pacta fiunt in ecclesia multorum crimi ⸗ nuz. O que non fiunt dimittũtur timore mundi et non amore dei. Unõ theodric⁹ hystoriographus dicit q̃ quidam iulianus prefect⁹ orientalis apud anthiochiam in ⸗ trãs ecclesiam misit contra altare septem stercora ⁊ statim per os ex pirauit. Si ergo in isto infideli de us fecit tantam vindictam: q̃d nã q̃ faciet fidelibus christianis qui maiorem noticiam habent de san ctitate ecclesiarum in quibus co ⸗ lendus est de⁹. ¶ Et p declarati ⸗ one notandum q̃ ecclesia offendi tur ⁊ maculatur tripliciter. Prio

presumẽdo nimiũ in pertactione. ¶ Secundo rapiendo nimis de oblatiõe. ¶ Tertio componendo pcuz in vendicione. ¶ Circa primuz nota q offenditur templũ quando qs presumit sacra tangere ficut patz de consecratione distinctione prima ¶ .ij. per totum. vbi videbis q grave sit peccatum tactus sacrarum rerũ. ¶ Nam laicis nullo modo licitum est sacras res tãgere et per maxime regula facta est pro illis qui sunt in matrimonio vel in aliquo carnali peccato ligati. ¶ Ñ qui suã vel alienam mulierem cognouit oĩno a tactu sacroz debet abstinere ¶ quicũq scienter oppo fituz fecerit graviꝰ peccabit. ¶ Cui9 exemplũ ostendit in ¶ Oza. vt pz. ij. Reguz. viij. ¶ Quia dum archa dñi portaretur cuz magna solẽnitate ¶ Indeboue recalcitrante inclinasset archam ¶ Oza qui erat layc9 extendit manũ vt eam sustineret statim turbato dño super temeritate oza mortuus est oza ¶ dicunt ¶ Hebrei hoc accidisse: qz cuz vxore sua iacuerat illa nocte. ¶ Et dico vobis q ille q̃ peccat peccato carnis maxime mortaliter illo die debet abstinere ab ingressu templi: qz deus plus acceptabit hoc q̃ fatuam illam presumptionem. ¶ Secũdo offenditur templũ res templi rapiẽdo. ¶ Unde statuentes legem cõtra libertatez ecclesie: ipo iure sunt excõmunicati et peccant mortaliter sine licentia illius qui dare potest ¶ Unde quantã vindictam fecit de9 de illis qui bona ecclesie rapiunt patz. ¶ Nam recitat iustinus hystoriographus memorie xp̃ianis tuendum q̃ dux gallorum cuz sexaginta milibus armatoz cõtra grecos venit vt saciatus spolijs hominũ ad deorum templa bachabat volens que in templo appollinis preciosa erant rapere. vnde occurrerunt ei solũ quattuoz milia hominuz qui nihil poterant cõtra tantum exercitum: sed potuit de9 qui suam cognouit malam intentionez. ¶ Nam subito facto terremotu cecidit pars templi vbi templũ erat ¶ oppressit maximã partez exercitus grando ¶ pluuia cecidit de celo ¶ ipse non ferens suũ dolorez occidit seipsum ¶ euaserunt soluz de sexcentis milibus centuz. ¶ Et illis ex timore cõcussis a tempestate annuatis omnes penitus mortui sunt: ita vt non superesset vnus. ¶ Si ergo deus tantam fecit vindictam de infidelibus quid nãq̃ faciet de christianis rapiẽtibus res ecclesiarum que maiorem continẽt sanctitatez: ergo christiani abstinete manus vestras a rapinis sacroz. ¶ Tertio ecclia maculat̃ ppt̃ mercãtias q̃ fiũt i eccla vnde xps omnes in exemplum hodie vt tradit euangelium expellit de tẽplo dicens. ¶ Domus mea domus orationis vocabitur vos aũt ꝛc. ¶ Unde si dominus videntes victimas que sibi offerri debebãtur ejcit de templo: quid namq̃ faciet illis q̃ turpissima cõmittunt in templo ¶ cum mendacijs ¶ turpilequijs et falsis vsibus ¶ huiusmodi: iõ abstinete vos a supradictis cũ templum sit deo dedicatum. ¶ Tunc an

ma faciaz quod hortaris. ¶ Sz quero pater tria dubia declarari quibus declaratis acquiescam ¶ Primo. ¶ Utrum agentes aliquid in ecclesia contra illud ad quod instituta est peccet mortaliter. ¶ Secundum verum zelare aliquid ad dei honorem: nunquid semper homo meretur. ¶ Tertium verum prelato liceat deserere subditos ppter eorum incorrectionem. ¶ Circa primuz breuiter dicendum quia satis supradictum est quod domus dei cum solum sit instituta ad oraduz ¶ ad spiritualia ministrandũ: ideo vtentes ea ad alium vsum q̃ ad id ad quod est instituta peccãt mortaliter ¶ quandoq̃ venialiter ut frangendo silentium circa verba ociosa: et si in ea dicant verba lasciua semper peccant mortaliter. primo ratione verborum. ¶ Secundo rõne sanctificationis templi. hoc idem: dic de mercantijs et sic patet q̃ si ea que ibi agunt possunt esse mortale ¶ veniale: ¶ non solum agentes: sed etiam consentientes mortaliter peccant: iõ pari pena puniri debent. vt dicit ¶ Jo. papa. ¶ habetur distin. lxxxvi. ¶ Cũ tales prelati habentes curam animarum possint corrigere ¶ nõ faciunt peccant: ideo saluator ostendit eos peccare cõsentientes dicẽs sacerdotibus ad quos talis correctio spectat vos autem fecistis speluncam illam latronum non dicit vos permisistis: sed fecistis illaz. ¶ Unde de talibus maculantib9 ecclesiam conqueritur dom9 ¶ Hieremi. ij. dicens. ¶ Quid est quod dilectus meus in domo mea cõmittit scelera multa ¶ sic patet breuiter responsio ad primuz. ¶ Circa secundum dico q̃ talis zelus includit timorem domini ¶ amorem et dolorem de deo si oppositum videat i dei honore ¶ eis que spectãt ad honorem ¶ cultum dei: ¶ talis zelus est semper meritoriꝰ. ¶ Et hoc multiplici exemplo declarat. ¶ Phĩ in sacra scriptura cõmendatus fuit filius eleazari sacerdotis: vt dicitur numeri. xxv. ¶ Quia vt ibidez dicitur cum populus dei moraretur in sichem et fornicaretur cum filiabus moab adorantis beelphegor. ¶ Unde accidit q̃ vnus concubaret cum vna illaruz phinees vero zelo dei repletus videns quod populus fidelis cõmiscereꝰ cuz infideli accepto stillo lineo acutissimo ingressus est ad eos ¶ perfodit eos ambo in terra circa genitalia ac interfecit quo facto dom9 deus dicit moysi phinees filiꝰ eleazar zelo meo motꝰ ẽ: propter q̃ dicer: quia zelatus est nomen meum dabo tibi sacerdotium sempiternum: ¶ sic patet esse meritoriũ. ¶ Etiam moyses zelo iussit interfici adorantes ydolum in deserto. hoc tamen non licet omnibus: sed solum principibus q̃ ostendit christus esse fiendum in euangelio hodierno in purgatione tẽpli dicens ¶ Zelus domus tue comedit me. ¶ Et talis zelus semper est meritoriꝰ sive fit circa legem sive fit circa deũ sive fit circa ecclesiaz. ¶ Aliq̃n zelus sumit̃ pro inuidia: vt dz ¶ Actuum. iij. q̃ iudei ipleti sũt zelo. i. inuidia

contra aplos: ⁊ iste zelus respectu
est opus dyaboli ⁊ semꝑ est pctm̄
mortale ⁊ sic pȝ responsio adicdm.
¶ Circa tertiū respōdeo ſm Gre.
iiij. dialogorum loquentem de bea
to Benedicto Petro diacono que
rente an beatus. B. debuerit ma-
los mōachos deserere q̄ voluerūt
euȝ veneno potionari. Ex quibus
verbis beati Greg. colligit ꝙ p̄la
tus qñ videt subditos incorrigi-
biles ⁊ sine fructu apud eos stare
pōt eos dimittere ⁊ alibi pergere
vbi vtilius faciat fructū quod fe-
cit beatus. Be. ⁊ beatus Paulus
qñ ꝑ sportā missus est. Ubi tñ no
tandum ꝙ ꝓpter nullū cōmoduȝ
tp̄ale: seu ꝑsonale: seu metu mor-
tis si casus subditoꝝ exigeret non
dȝ p̄latus subditos deserere. Si
ꝯo pōt alium ꝑ modū subditis ꝓ
uidere ꝓpter aliquod cōmoduȝ ec
clesie vl' ꝑsonale ꝑiculum euitan-
duȝ vl' aliqua licita cā pōt p̄latus
subditos deserere: ⁊ ꝑ alium mo-
dum eis ꝓuidere qd fecit xp̄us in
euangelio hodierno. Nam iudei ⁊
pharisei eius doctrinā audire no-
lentes recessit in capharnaū vbi li
benter euȝ audiebāt: vt narrat euā
gelium hodiernum.

¶ Feria quarta prime dñice de
preceptis dñi siue decalogi.

Ascende

ad me in montē
⁊ esto ibi: ⁊ dabo
tibi legē ⁊ māda
ta q̄ scripsi: vt do
ceas filios israel. Exo. xxiiij. Anima
fidelis existens in missa audiunt
dñm dedisse moysi eius mandata
ac legē ad informāduȝ ppl'm vt ꝑ
eius obseruantiā possit ad vitaȝ
ingredi iuxta saluatoris sniaȝ. Si
vis ad vitā ingredi serua mādata
Math. vt ō ipis ꝑceptis dei informet
relicta missa venit ad me ⁊ ꝑ sui in
troductione querit dubiū declara-
ri. vtrū lex data hodie moysi conti
nens. x. ꝑcepta legis sit ꝑfectior q̄
sit lex noua continens. vij. sacra ec
clesie data a xp̄o pplo xpiano. D
aīa que est rō huius questi: nōne
edoceris a xp̄o. Math. v. Nisi a-
bundauerit iusticia vestra plusq̄
scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ nō intrabitis
in regnū celoꝝ. i. nisi obseruaueri-
tis legē vestraȝ que est ꝑfectior le
ge scribaꝝ ⁊ phariseoꝝ nō intrabi
tis in regnū celoꝝ: ergo lex noua
est ꝑfectior. Hoc ergo scito qd me
īterrogas. Ratio q̄ me mouet pa
ter est: q: i vna ciuitate vnus dñs
est ⁊ vna lex q̄ est excellentior cun
ctis in illa ciuitate. Sed cuȝ deus
sit vniuersoꝝ dñs: ita eius vna est
lex quā hodie dedit moysi: ergo vi
det illa cūctis ꝑcellere: ⁊ ista ē an
tiqua ⁊ nō noua: ergo videt ꝙ an
tiqua sit ꝑfectior ⁊ iō quero dubiū
declarari. Nota aīa beatū Tho. pri
ma. ij. q. xci. ar. v. vbi ostēdit ꝙ lex
noua distinguit ab antiqua sicut
ꝑfectum ab imꝑfecto: ⁊ rō diuersi
tatis ſm eunde est triplex. Et pri
mo ꝓbat sic: illa lex est ꝑfectior q̄
ordinat hoīeȝ ad finē ꝑfectiorē: sȝ
cum lex noua hoc faciat: ergo ⁊c.
minor ꝓbat: q: finis human' est
duplex. s. eternus ⁊ tp̄alis: sed ob-
seruantia legis antique ducit ad
fineȝ tp̄alem: iuxta illud ysaie. i.

Si audieritis me bona terre co-
medetis. ⁊ alibi. Omis locus quem
calcauerit pes vester: vester erit.
Sed premiū eternū nunq̄ legit ꝓ
missum fuisse patribus veteris te
stamenti ex obseruātia legis anti
que: sed solū ꝓmissum fuisse xp̄ia
nis legē nouaȝ obseruantibus: vt
dicit Math. iij. Agite pniam ap-
propinquabit regnū celoruȝ. ergo
postea ꝓ obseruantia legis noue
datur premiū eternuȝ qd est perfe
ctior finis q̄ȝ sit premiuȝ tp̄ale qd
datur pro obseruantia legis anti-
que: ergo lex noua est ꝑfectior an
tiqua. Scda rō. s. ꝙ lex noua sit ꝑ-
fectior q̄ȝ sit antiqua. ꝓbatur sic: il
la lex est ꝑfectior que dirigit actus
humanos ſm actum iusticie: sed
hoc facit lex noua. q: lex noua pro
hibet manum ⁊ animuȝ. s. opatio
nem ⁊ cogitationem: sed lex anti-
qua ꝓhibet tm̄ operationē: iuxta
illud. Oculum ꝓ oculo: dentem ꝓ
dente: manum ꝓ manu: sed cū no
ua ꝓhibeat vtrūq̄: ergo ducit ad
ꝑfectiorem iusticiaȝ: ergo ꝑfectior
est. Tertia ratio: q: antiqua lex in-
ducit homines timore ad ei' ob-
seruantiam: noua vero timore ⁊ a
more simul: sed illa dicitur ꝑfecti
or que inducit homines amore ad
obseruantiaȝ ⁊ timore: sed hoc fa
cit noua que est fundata in chari-
tate: q: initiū sumpsit ex ostensio-
ne summe charitatis in effusione
sanguinis xp̄i quod fuit signū ma
xime charitatis: vnde xp̄s ait: Hic
calix nouum testamentum confir
matum est in meo sanguine: sȝ an
tiqua obseruabatur timore: ⁊ hoc
q: lex antiqua sumpsit initium in
ostensione diuine potestatis ⁊ nō
charitatis vt noua. probatur. Naȝ
in ipsa datione legis antique au-
dierunt ⁊ viderūt signa terribilia
vnde timore concussi dixerūt moy
si. Loquere tu nobis ne forte loqua
tur nobis deus ⁊ moriamur. Exo
di. xx. Ideo q: in ip̄a datione legis
antique habuit initium in ostēsio
ne diuine charitatis que inducit a
morem: ideo dicitur esse perfecti-
or. Si ergo dilectissimi āntiqui pa-
tres tam diligenti studio obserua
bant legem antiquā que non erat
tante virtutis ⁊ perfectōis: quia ꝓ
tunc nō dabatur eis ꝑmiuȝ eternū
sed tp̄ale tantum: q̄to magis nos
obseruare debemus legem euan-
gelicam: pro cuius obseruātia no
bis premiū sempiternum ꝓmitti-
tur: qd ostendit xp̄s in euangelio
hodierno obseruandum cuȝ remu
neratione ꝑmij eterni dicēs. Qui
cunq̄ fecerit volūtatē patris mei
qui in celis est: ip̄e meus frater so
ror ⁊ mater est: de quibus talibus
dicit. Uolo pater vt vbi ego sum il
lic sit ⁊ minister meus: sed ip̄e est
in celo: ergo talibus dabitur celuȝ
quod est premium eternū. Sed di
cere posses: ergo lex antiqua nō est
obseruanda. ¶ Nota O aīa ꝙ lex
antiqua duo cōtinet precepta: scili
cet morale ⁊ cerimoniale. Cerimo
niale erat figura noui testamenti.
apl'us dicit. Omnia in figura con
tingebant illis: ⁊ ideo adueniente
figurato cessat figura: ⁊ q: patres
veteris testamēti figurā futuri cre
debant ideo saluantur. Ideo dicit
christus iudeis illō. Math. viij.
Abraham pater vester exultauit

vt videret diez meū vidit ⁊c. Sed quomodo vidit cum ante xp̄m per multa tempora fuit vidit eū in sacrificio quādo immolare voluit filium suū: ⁊ respiciēs inter vepres immolauit victimaz holocaustū: ⁊ ex hoc figurabat xp̄m vt verbum nō posse pati in sacrificio crucis .p. ut est filiꝰ dei: ⁊ hircuz .i. p̄ humanitatem spinis coronatā: ⁊ sic vna cum patribus noui testamenti ex fide mediatoris .i. saluatoris saluati sunt xp̄o moriente: ideo adueniente figura .i. p̄ceptum cerimoniale: qđ erat figura noui testamenti Sed preceptum morale continēs decem p̄cepta legis que ordinant hoiem ad finem beatitudinis semper obseruanda sunt. Baruth .v. Hic est liber mandatorū dei ⁊ lex que in eternuz stat fine quibus decem preceptis ⁊ obseruantia ipsorum salus eē nō potest. ideo mandauit hodie moysi: vt dicit verbū assumptum. Ascende ad me in mōtem: ad quam obseruantiam legis ⁊ preceptorum quinq; nos inducunt. Primo qz leuia sūt. Secūdo qz serui sunt. Tertio exemplo creaturarum. Quarto p punitionem. Quinto ppter premiuz obseruandum. ¶ Circa primū dico q̄ leuia sunt: ideo faciliter seruari possunt quod .p. bo rōne ⁊ auctoritate. Primo ratione. nam omne illud quod est naturale est leue: qz naturalia suis difficultate .p. ducūt effectus suos: .p. bat. nā sol suū opꝰ nāle est calefacere ⁊ calidum .p. ducere. Unde quia hoc naturale est: ideo fine difficultate producit hunc effectū in instanti quando oritur illuminat ⁊ calefacit. Hoc idem dicitur de igne: ergo naturalia fine difficultate producunt effectus suos: sed obseruantia diuinorum precepturz sunt naturalia: ergo leuia Probatur per beatum Bernardū super cantica. virtutum opus nature est: ⁊ veniunt ad animum sine labore. Uitia vero non: sed contraria ⁊ repugnantia rationi. Ergo naturalia leuia sunt: ⁊ ideo facilius obseruari possunt. Secundo etiam probatur. Nam facilius est mutari illa que ducunt ad gaudium ⁊ leticiam q̄ illa que ducūt ad tristiciam: sed obseruantia legis ⁊ preceptorum ducunt ad leticiam. Unde p̄s. Justicie domini recte letificantes corda. ⁊ vitia ducunt ad tristiciam: quia peracto peccato semper remanet remorsus cōscientie: ergo facilius est benefacere q̄ male ⁊ qđ est facilius est leue: ergo preceptorū obseruatio leuis est. Unde considerans dominus q̄ leuia sunt ⁊ illa obseruare nolumus de nobis conqueritur. Hieremie .xxxv. Filij Jacob precepta patris que erant valde aspera implerent. .s. non bibere vinum ⁊ non habere domos ad manendum: ⁊ populus dei precepta sua que leuia sūt seruare nolebat vnde christus illa ostendit esse leuia dicens. Tollite iugum meum ⁊ discite a me: quia mitis suz ⁊ humilis corde. Jugum enim meum suaue est: ⁊ onus meum leue. p̄s. Gustate ⁊ videte quoniaz suauis est dominus. ergo hec prima causa precepta dei seruanda sunt: qz leuia. Secundo precepta dei seruanda sunt: quia serui sumus. Nam de proprietate serui est: vt nō faciat quod vult: sz qđ dominus eius vult ⁊ dominus noster vult nos sua precepta seruare: ergo ista seruare debemus. Istud nomen seruus in sacra scriptura non reperitur anteq̄ Noe Cain peccanti pro maledictione intulerit quando .s. denudato patre ex vini potatione filius eius Cain detulerit: ⁊ ait Noe maledicendo ipsuz. Puer Cain seruus seruorum fratrum suorum erit. genesis .ix. Unde ista maledictio ortuz habuit a culpa ⁊ nō a natura: qz deus in principio generis humani constituit hominē in dominio dicēs. Dominamini piscibus maris ⁊ vniuerse terre. Nō dicit dominetur homo homini: qz qđ rationabile creauerat noluit: sub ha sed preesse: sed culpa nostra cōstituit hominē sub seruitute: ideo culpa nostra serui sumus: iuxta ꝺ buz demui dicentis. Seruus meus es tu israel: ⁊ quia de natura serui est: vt faciat quod vult dominus suꝰ: ⁊ quia serui dei nos christiani sumus: ⁊ ipe vult nos precepta sua seruare. ideo ad illa seruanda nos cogimur. ergo fiat voluntarium quod ēst futurum necessarium ⁊ offeramus deo p munere quod ex debito tenemur soluere. Tertio precepta seruare debemus exemplo creaturarum irrationabilium. Nam coruus precepto dei obediens pascebat beliam iij. regum. xvij. Hoc idem legitur de beato Benedicto .ij. dialogorum qui precepit coruo: vt panem venenо cōfectum sibi delatuz auferret ad deserti loca vt nulli noceret qđ ⁊ fecit. Et christus precepit ꝑē to ⁊ mari. Unde turba dicit. Quis est hic: qz venti ⁊ mare obediunt ei. Et ignis ad vocem Helie descēdit de celo. Demones obediebant christo a corporibus exeuntes. ⁊ sic qui christo obedire nō nituntur dyabolo deteriores sunt. Q ꝯ ergo insani sumus cū bruta animalia obediant suis preceptoribus ⁊ deo nostro preceptori obedire contēnimus. Quarto precepta domini seruare debemus propter mala que eueniunt transgressoribus diuinorum preceptorum. Et p̄mo maledicuntur a deo. p̄s. Maledicti qui declinant a mandatis tuis Nam adam ex inobedientia precepti dei maledictus grauiterq̄ punitus ē: vt patet genesis .iij. O dilectissimi si deus fecit tantam vindictam in Adam quem suis manibus de limo terre formauit. Quid ergo faciet nobis miseris peccatoribus qui ampliora p̄cepta transgredimur. Secōm maluz qđ transgressoribus euenit est reprobatio qz tales reprobantur a deo. Nam saul quem deus pre omnibus elegit populo suo: ⁊ illum in regem vngi precepit ⁊ ex contēptu ipius p̄cepti: sic reprobauit vt de lēte lamuele indulgere sauli noluit reuocare quē reprobauerat: vt p̄z .i. reg. xv. Quid igit faciet nobis q̄ ampliora trālgredimur. vroz lothi statim salis cōuersa ē: qz p̄ceptū dñi sua re noluit: vt se retro nō conerteret: vt patet gen. viij. Et ideo o aīa ne fiat tibi contingāt serua mādata dei Quinto suare debemꝰ p̄cepta dei ppter p̄miuz consequendū qđ erit retributio multa qđ ostendit

De p̃ceptis dñi siue decalogi.

in euangelio hodierno. quicunq; fecerit voluntatem patris mei qui in celis est ipse meus frater ⁊c. Et adolescẽti querẽti a domino. quid faciendo vitaz eternaz possidebo? respondit christus. Si vis advitã ingredi serua mandata Mat. xix. Nihil enim tam valet infirmo q̃ seruare precepta medici nec in aliquo deuiare. Si ergo nihil vtilius q̃ precepta medici seruare d̃bem⁹ propter sanitatem corporis consequedam: quanto magis dei precepta seruare debem⁹ pro salute anime nostre que melioz est corpore. si ergo vult deus precepta superiorum immobiliter obseruari dicens. omnia quecunq; dixerit vobis seruate ⁊ facite multopl⁹ vult sua obseruari: ergo anima hoc fac ⁊ vives. Tunc anima faciam pater q̃ hortaris. sed quero tria dubia declarari: quibus declaratis acquiescam. Primum dubium. Vtrum preceptadei obligent semper ⁊ ad semper. Secundum dubium. vtrum papa qui est vicari⁹ x̃pi possit dispensare cum ipsis. Tertium dubium vtrum obseruãda sint actu vel voluntate tãtum. Circa primũ nota duplex preceptum. s. negatiuum ⁊ affirmatiuũ negatiuum obligat semper et ad semper ita q̃ in nulla cadit dispẽsatio: sed in affirmatiuis in casu aliquo cadit dispensatio: ideo obligat semper sed non ad semp. Tũc anima. tu dicis pater q̃ in negatiuis nulla cadit dispensatio: ſz cõtra ista duo precepta sunt negatiua. s. non occides non furtum facies: ⁊ tamen non obligant ad semper: quia cum ipsis cadit dispensatio. Probatur. nam iudici licet occidere reum: ⁊ in bello licito licet furari: ergo cum ipsis cadit dispẽsatio. Q̃ anima nota beatus Tho. i. ij. q. c. vbi dicit q̃ homicidium a quocunq; digne factum non contrariatur precepto: quia in tali homicidio actor intendit illud quod intendit actor legis: sed actor legis intendit ⁊ ordinauit occidere reum per manus iudicis vt probatur. nam deus precepit moysi rectori populi in persona omniz dicens. non patiaris maleficos viuere super terram: ergo talis iudex non contrariatur precepto: ſz seruat preceptum. Unde sicut pro salute totius corporis laudabiliter preciditur membrum putridũ ita a communitate cuius reus est pars preciditur reus pro conseruatione corporis ciuilis. Et sicut non omni medico committitur cura corporis infirmi: nisi illi cui cõmissa est: ita nulli interficere licet reum nisi illi cui commissa est creatura corporis ciuilis: ſz non omnibus commissa est sed solum iudici: ergo ipsi soli licet ⁊ facẽs nõ contrariatur precepto: sed seruat preceptum dicens. non patiaris maleficos viuere super terraz. De furto autem dicit beatus Tho. ij. ij. q. lxvij. ar. v. vbi dicit q̃ si aliqui auferatur quod suum erat si debitum est q̃ illud auertatur hoc nõ est furtum vel rapina. exemplum Nam de⁹ precepit filijs israel: vt in recessu de egypto acciperẽt bona egyptiorum nec fuit hoc furtum quia filijs israel debebantur ex sẽ

tentia dei qui est dñs vniuersoꝝ qui potest sua dare cui vult ⁊ a q̃ vult auferre: nec abraham dicitur homicida: quia filium suũ ysaac voluit occidere dei precepto q̃ est actor vite ⁊ mortis. vnde quando homo est executor diuine voluntatis non dr̃ homicida: quia intẽdit facere ꝑm intentionem legislatoris: quia qui facit legem potest mutare legem: sed ex parte nostri est immutabilis lex mandatorum dei. ergo obligant semper ⁊ ad sẽper: ⁊ nulla cadit dispensatio quãdo incurrit aliquis casus particularis qui non fit directe contra intentionem legislatoris. intẽtio autem legislatoris se ītendit ad duo Primo ad bonum commune. Secundo vt ordinet homines ad vtutes vt bonũ commune conseruet. Quando vero ordinat aliqua precepta que continent ipsam conseruationem boni communis vel ordinem ipsum iusticie ⁊ virtutis huiusmodi precepta continent intentionem legislatoris: ⁊ ideo indispensabilia sunt: vt puta si in aliq̃ ciuitate poneretur hoc preceptuz q̃ nullus destrueret rempublicã nec̃ proderet ciuitatem hostibus ⁊ q̃ nullus faceret aliq̃d inhonestum hmõi precepta essent idispẽsatiua: qz sunt de p̃ma intentione legislatoris. Sed si aliq̃ alia precepta traderentur et ordinarentur ad ista precepta: quibus ordinantur aliqui spãles modi in talibus preceptis potest dispensatio fieri inquantum per cõmissionem huiusmodi preceptorum in aliquibus casibus non haberetur pre

iudicium p̃mis preceptis q̃ continent intentionem legislatoris puta si ad cõseruationem reipublice in aliqua ciuitate statueretur de superfluo domus q̃. aliqui vigilarent ad custodiam ciuitatis obsesse sub aliqua pena in tali b⁹ p̃ceptis posset cum aliquibus dispensari propter aliquam maiorem vtilitatem. Sic in proposito precepta decalogi continent simpliciter intentionem ⁊ ordinant hominem ad deum tanq̃ ad bonum commune: quia sunt precepta prime tabule ⁊ ordinant hominem ad ordinem iusticie inter homines seruandam: vt scz nulli fiat indebitum ⁊ cuilibet reddatur debitum que sunt precepta secunde tabbule. Et ideo prima p̃cepta decalogi sunt omnino indispensat iua cum quibus papa dispensare non potest. s. de primis preceptis: quia simpliciter sunt ꝺ intentione domini. Et licet sit vicarius x̃pi: tamen non potest quicq̃ potuit christus quia esset de⁹. Nam x̃pus dedit ei potestatem ligandi atq̃ soluẽdi: sed non dispẽsandi. vnde quidam papa martin⁹ voluit dispensare de adoratione qui statim ab ecclesia tanq̃ hereticus expulsus est. Unde papa põt tollere aliquas leges canonicar ⁊ in eis dispensare. similiter etiã aliquas leges ciuiles quando sunt ⁊ nocent ꝓpter periculum ciuitatuz ⁊ in talibus potest dispensare. ſz in preceptis non põt nisi ꝺz q̃ mãdat deus esse fienduz. Si ergo papa q̃ est vicarius x̃pi non potest cum ipsis dispensare. qua ratione

cū ipsis nosipos dispēsam⁹. Ob-
serua igitur o anima precepta do
mini:si vis ad vitam ingredi: qđ
erat ꝑm declarandū. ¶ Circa ter-
tium vtrum talis obseruatio pre
ceptorum obseruanda sit aut ver
bo aut facto aut opere aut inten-
tione. Nota anima ꝙ actu ⁊ volū-
tate obseruanda sunt. Et pro de-
claratione nota ꝙ propheta Eze.
Vidit angelum sibi cedulam por-
rigentem scriptam int⁹ ⁊ extra in
qua erant illa tria nomina.s. car-
men tribulatio ⁊ ve. Nā car. est no
men gaudiosum. vnde Boet⁹ in
titulat librum suum. Carmina q̄
quondam studio florente peregi.
Flebiles heu mestos cogor inire
modos. Alii versus volunt dicere
ꝙ i studio quando ipe floruit mł
ta fecit carmina gaudiola: qr tūc
erat in tristicia:ideo cogebatur fa
cere oppositum. vnde in ipsa cedu
la erat mandatum dei intus ⁊ ex
tra:quia q̄cunq; obseruabit actu
⁊ voluntate habebit carmīa.i.gau
diū maximū in retributione a do.
Aliud nomen erat ve.i.illis q̄ nō
obꝺuant ea.s.actu ⁊ volūtate erit
eis retributio pessima. Iō rp̄s re-
prehendit phariseos q̄ solū prece
pta obseruabant verbo facto aūt
nihil.ideo dicebat ve vobis ypo-
crite. Hic popul⁹ labijs me hono
rat cor autem eorum longe ē a me
Ideo anima si vis ad vitam ingre
di ꝺua mandata non tm̄ verbo sz
⁊ opere quibus mediantib⁹ perue
nies ad glām. Quā nobs ⁊c.

¶ Feria quinta prime dñice.
Vtrū vn⁹ puniat ꝑ pctō alteri⁹,

Patres nostri comede-
rūt vnā acerbā ⁊ dētes filiorū
obstupuerunt.
Eze .xviij. Alia fidelis erās i missa
audiuit verbū patrū ꝑteritorum
horribile dicentium ꝙ patres cō-
miterūt pctā ⁊ filij portāt pctā pa
trum suor. Ihn adā rōne maxima
Relicta missa venit ad me ⁊ pro
sui introductione querit dubium
declarari.s. vtrum vn⁹ puniatur
pro peccato alteri⁹. Que est rō bu
ius quesiti. o anima nōne audisti
dñm dicentē Deutro.xxiiij. Nō oc
cidentur parētes ꝓ filys nec filij
ꝓ parentib⁹. quid ergo me inter-
rogas. Ratio huius quesiti pater
est propter verbum assumptum.
Nota o anima ꝙ dupler est pena
sc̄z spūalis que est ad animam et
corporalis que spectat ad corpus
Nam de prima pena que spectat
ad animam nunq̄ fili⁹ ꝓ patre
punit. Et rō est nā aia filij non est
ex patre sz ex deo. omēs em̄ aie ex
deo sunt ꝓ creationez sicut anima
prīsita aia filij. ꝫ pēa corpali fili⁹
ꝓ patre punit. ar q̄rum ad corp⁹
ē q̄dā res prīs:nō fil⁹ ꝓ pre punit.
⁊ hoc exp̄sse ꝺz gen. xix. vbi filij so
domor legunt occisi ꝓ pctis parē
tum in subuersione sodome. Sed
posz q̄ri quare vno peccāte alius
punit. Nota beatū Tho. sup Job.
vbi dicit ꝙ pena duo hz.s. lectionē
⁊ remediū. Nā aliqñ oz abscinde-
re mēbrū vt totū corp⁹ conseruet
⁊ sic pena hmōi lectionē infert in-
quātū membrū abscindit, ꝫ reme

diū hz inquātū ꝑseruat corp⁹. nū
q̄ tū medic⁹ nobili⁹ mēbrū abici
at ꝓ seruatōe min⁹ nobilis sed
conuerso. Ita cū aia nobilior sit
corpe ⁊ corp⁹ nobili⁹ est exteriori-
b⁹ reb⁹ ⁊ iō nunq̄ aliqs in aīa pu
nitur ꝫ pon⁹ in corpe ꝓpter reme-
dium aie. Qñ igit̄ de⁹ irrogat pe-
nam corpibus vel rebus ꝓpter bo
num anime: tunc hmōi pene non
inferuntur vt lesiue sint tm̄: sed vt
purgatiue in remedium. vñ ⁊ ipa
puerorr occasio fuit eis ad bonū a-
marum suar non quidē ad me
ritū. Hz ne paterne malicie imita
tores essent viuēdo pctā cumulā-
tes atroc⁹ punirent: ⁊ sic de⁹ hac
de cā ꝓ pctis parentū pena corpo
rali aliqs punit de q̄ dicit verbuz
assumptū. Patres nr̄i ⁊c. Et pro
declaratiōe hui⁹ materie nota sex
rones. Quare pena corpali vnus
punit ꝓ pctō alteri⁹. Primo rōne
purgationis delictor. Secūdo ra
tione acq̄sitionis maiorr meritor.
Tertio ad errorē hoīm iniquorum
Quarto ne cadant in pfundū pec
catorum. Quinto vt sint in exem
plū aliorr. Sexto qr sunt de nūe-
ro filiorr. ¶ Circa primū ꝓ decla-
ratione. Querit vtrum in hac vita
possit esse tā iustus hō qui possit
dicere simplr pur⁹ sum a peccato:
⁊ segregat⁹ sine labe pcti. Dico ꝙ
nō: vt dr̄.i. Jo.i. Si dixerim⁹ quia
pctm̄ nō habem⁹ nosipos seduci-
m⁹: ⁊ veritas in nobis nō est: ⁊ iō
pl⁹ de⁹ nō vult eos pena purgato
ria ꝓ satisfactōe culparū suar que
maxīa pena est respectu penaruz
hui⁹ pfitis vite. Et ꝙ talis pēa sit
grauissima. b. Tho. iij. sen. di. xij. ꝓ

bat vbi dicit ꝙ pena purgatorij ē
dupler. Prima dāni inquātum re
tardat a diuina visione. alia voca
tur pena sensus q̄ ē pena ignis et
aliarū penarū vt frigoris ⁊ hmōi
fetor ītolerabilis ⁊ mis imortalis
tenebre palpabiles horrēda visio
demonū ⁊ alia multa. Et q̄tū ad
vtrūq; grauissima est. ꝑmo qr q̄z-
to q̄d est magis sensitiuū, tāto ma
gis dolet. vñ lesiones q̄ fiūt maxi
me in loco vbi viget ⁊tus sensitīa
maxīmū dolorē causant q̄ faciāt
lesiones q̄ fiunt in locis nō ita sē
sitiuis: ⁊qr tot⁹ sēsus corpis ē ab
aīma: ⁊ aia est illa que nūc i pur
gatorio patitur: ideo eius pena ē
acerbissima vt exemplo ꝓbatur in
vitis patrū. narrat de quodā ꝑpo
sito q̄ multū deū offenderat. vnde
iudicio dei infirmat⁹ est ⁊ labora-
uit in infirmitate ꝓ q̄nquennium
vñ cū ꝓsumptiosz oia ī medicinis:
⁊ auxilio oiz eēt destitut⁹ murmu
rabat ꝓtra deū q̄ vellet poti⁹ mo-
ri q̄z sic stare. Angel⁹ dñi affuit et
dixit ꝙ ꝓ duos annos adhuc la-
boraret: ⁊ si esset patiens migra-
ret ad celū. Rñdit se sufferre non
posse: ꝫ poti⁹ vellet mori. rñdit an
gel⁹. eligе tibi vnū ex hijs duob⁹:
vel adhuc stare ꝓ duos dies ī pur
gatorio ꝓ satisfactione tuor pec-
catorr. vl ꝓ bi ēnū laborare in infir
mitate. rñdit sc poti⁹ velle eē ī pur
gatorio: tūc angel⁹ rapuit aīam
ei⁹ ⁊ in purgatorio reclusit. Cū ār
steritiſz ꝓ mediū diē murmurabat
ꝙ nō fuisset angel⁹ q̄ hoc fecisset:
sed diabolus: qr angelus domini
mentiri non potest: ⁊ ego steti iaz
hic per annuz. Tūc affuit angel⁹

ꝯait anime. nondum impleta est
vna dies cum dimidia: quid ergo
murmuras. Tunc anima precibus
maximis instetit velle reduci ad
corpus ꝯ potius toto tempore vi
te sue laborare velle in infirmita-
te quod ꝯ fecit ꝯ paciēter sustinēs
post dnos ānos migrauit ad xp̄m.
Quanta sit illa pena purgatorij
grauis ostenditi Gregorius dicēs
q̄ sub vno ꝯ eodem igne crucian
tur bonus ꝯ malus. vnde ergo pi
us deus ne tali pena puniantur
que grauissima est: ideo in hac vi
ta nos punit pena temporali post
q̄z hec vita duci non potest absq̄z
culpa saltem veniali ne illa acer-
bissima penarum purgatorij nos
puniat. Secunda eā: quia q̄z̄ q̄z̄ de
us nos sine culpa puniat non ta-
meo sine causa hoc facit que causa
est ratione maioris acquisitionis
premioꝝ. Et ꝑ declarationē nota
beatū Tho. in. senten. dis. xlix. ar.
ij. vbi dicit q̄ q̄uis in regno celo-
rum minor sanctus gaudeat non
solum de bono suo: sed etiaz ō bo
no superioris sancti. etiam superi
or non tantum gaudet de suo bo
no sed etiam gaudet de bono infe
rioris sancti: non tamen inferior
sanctus tantum gaudet de superi
ori sancto sicut superior de inferi-
ori. Et rō est: qz rō gaudij ipsoruz
est ipse deus: ꝯ quia quanto aliq̄s
sanctus est propinquior deo tan-
to magis pricipat de bonitate dei
ꝯ iō qz deus est materia gaudij sā
ctorum: ideo maior sāctus magis
gaudet de bonitate inferioris q̄z i
ferior de superiore. vt ergo de⁹ ad
b̄ supernū gaudium nos inducat
ad qō attingere nullus potest: nisi
per multas tribulatiōes: ideo sub
mittit nos multis tribulatiōibus
qz vbi maior pugna ibi maior vi-
ctoria: ꝯ vt de triumpho reporte-
mus victoriam mittit nos: sicut si
ues in medio lupoꝝ dicens. Gau
dete ꝯ exultate: qz merces vestra
copiosa est in celis: ꝯ sic patet scōa
causa. Tertia cā est ad terrorē ho-
minum iniquoꝝ. Nam hō verbe-
rat canē in p̄sentia leonis vt leoni ti
morem incutiat. pater verberat fi-
liuz vt seruo ponat timorē. mater
verberat filiā: vt ancilla timeat sic
deus vt timorē malis immittat fla
gellat bonos ꝯ malos: sic arguen
do. Si deus sine culpa flagellat su
os quid nāq̄z malis: ꝯ si hic nō pu
nit signū est q̄ preseruat nos ad
maiora supplicia cuz sua iustica
nullum malū impunitū dimittat.
vnde Grego. Cum video in sterq̄-
linio sedere iesum esuriente Jaco
bum peremptū gladio petrum su
spensum in patibulo cōsidero qua
liter de⁹ cruciabit q̄s reprobat qñ
ista affligit quos tm̄ amat. Quar-
ta causa quar deus nos hic punit
est ne boni cadant in p̄fundū pec-
catorum. Nam deus sua sapiētia
casum omniū hominuz cognoscit
ab eterno: ꝯ quid necesse sit homi-
ni ad salutē cognoscat: ꝯ ne in pec
catum labantur de remedio opor
tuno ꝓuidet: ꝯ ideo ne frustrētur
tali predestinatione ꝑ lapsuz pcō
rum verberat ad correctionē ꝯ ad
salutē: qz quidā faciliter cadunt in
pcīs ne verberent eternaliter: iō
verberat ꝯ flagellat: vt eos a pcīs
p̄seruet: ꝯ qz ipe non tm̄ rōne pcī

sed etiā vt preseruet a peccatis: iō
punit ꝯ flagellat. Unde apostolus
petens vt dns auferret stimulum
carnis dns noluit. ꝯ ipse Paulus
assignat causaz dicens. ij. Corith.
xij. Ne magnitudo reuelationū ex
tollat me datus est mihi stimul⁹
carnis mee angelus sathane etc̄.
Et ista fuit causa sue flagellatio-
nis: vt sez preseruaretur a culpa ꝯ
nō fuit sua culpa cuz immunis es
set ab omni culpa. Nam multi ex
aliqua infirmitate abstinent a pec
catis qui forte nō abstinerēt si eēnt
sani. vnde nullū est consiliū cōtra
stimuluz dei. Quinta causa quare
deus aliquos punit est vt sint in
exempluz aliorum. Unde thobias
perdidit visum absq̄z culpa: si hoc
deus permisit vt esset in exempluz
patientie bene viuentib⁹. Job etiā
erat absq̄z culpa qō ꝓbatur: quia
ipse ait: non peccaui ꝯ in amaritu
dinibus morat̄ oculus meus. i.
vita mea: ꝯ tamen flagello mario
fuit flagellatus vt esset exempluz
alioꝝ: ꝯ sic ista est causa sue flagel
lationis. Sexta causa quare deus
flagellat aliquos est quia sunt de
numero filioꝝ dei. vnde August.
inexpers a persecutione flagelloꝝ
exceptus est a numero filioꝝ. vnō
salomon. Quos diligo castigo et
corrigo. Quis em̄ est filius cuius
pater disciplinā non dat: ꝯ tm̄ duz
pater flagellat filium ab hereditā
te non privat et tamen flagellum
quo filium verberat in ignē ꝓicit
ꝯ ardet. Sic deus per malos fla-
gellat bonos quibus dat hereditā
tem mali autē dānantur iudicio
dei. Ideo o anima quia ꝑ multas
tribulatiōes oportet te intrare in
regnum dei patienter flagella to-
leranda sunt: quia q̄uis deus te si
ne culpa flagellet non tamen sine
vna supradictaꝝ causaꝝ: ideo hoc
fac patienter tolerando flagella:
quia nuo est bonus qui malos to
lerare non p̄ot. vnde ōr in euange
lio hodierno veritas liberabit vos
Tūc ait anima pater placet qō di-
cis: qz verba tua sunt consona ra-
tioni. Sed quero tria dubia decla
rari. Primū vtrū virtus patientie
in hac vita sit homī necessaria ad
salutem. Secundum vtrū patien
tia qua sustinet nos deus peccan-
tes sit nobis preclarissima benefi
cia. Tertio vtrum iniurie nobis il
late semper per patiam tolerande
sint. Circa primū nota btm̄ Tho.
ij. ij. q. cxxxvi. ar. i. vbi dicit q̄ virt⁹
patie sūme nobis necessaria est ad
salutem ꝯ ratio est: quia mala nos
vndiq̄z premūt ꝯ ne ratio tristicie
succūbat vt dicitur Ecclesiast. iij.
Multos occidit tristicia: ideo ne-
cesse est homī habere aliquā virtu
tem per quā ꝯ ꝓpter qō bonū ho-
minis ꝯ bonū orationis conseruе
tur contra tristitiā hec aūt ē patia
Quod declarat aug. in libro de pa
tientia dicens. Patientia bois est
qua malo equo animo toleram⁹.
vnde Greg. Patientia est summe
necessaria cum sit custos aliarum
virtutū. Sed notandū est q̄ mul-
tipler est gradus patientie. Quo-
rū primus sine merito. Secūdus
est cum peccato. Tertius est cū me
rito. Prima est patientia sine meri
to. Nam sunt aliqui q̄ ita delectā-
tur in ipsa morali virtute vt pati-

entes nũcupentur eo ꝙ multa sustinent. vnde Hieronymus de socrate recitat q̃ multa mala a duabus vxoribus passus est ⁊ tandez fugientez persecuntur ⁊ ex quodã inferiori loco aquam imundam ꝓfuderunt qui non turbatus iz pacificus capite torto dixit. Sciebaz hoc futurũ vt post tonitrua ymber sequeretur: ⁊ qz illa virtus nõ fuit vera virtus: quia erat ad laudem humanã ⁊ non ad dei honorem et ꝓmu vtilitatez: ideo premiũ eternuz pro temporali amisit: quia dedit ei dominus sapientiaz ⁊ famã scz ⁊ philosophiã. hanc virtutẽ patientie habuit anaxagoras vt recitat Valerius li.v.ca.vi. Qui audita morte filij vnigeniti ait sibi mortez filij annũcianti nihil mihi aũt inexpectatũ aut nouũ nũcias. nũc enim natum ex me mortalem esse sciebam: ⁊ sic patienter mortẽ filij tolerauit. Et quia talium patientia erat ad mundi vanitatem: ideo absq̃ merito erat apud deum. Secunda patientia est cuz peccato in ꝙtum quis firmat animũ suũ cõtra aduersa ad aliquem malum finẽ: vt dicit Eccle.v. Cunctis diebꝫ vite sue comedunt in tenebris et erũpna atq̃ tristicia que vituperãda est cum sit mala ratione mali. Sed patiẽtia que est virtus ⁊ laudabilis et saluti humane necessaria est in charitate fundata vt scz animus hominis firmetur contra aduersa ꝓpter deum. Nam animꝰ hominis adhorret tristiciam ⁊ nũq̃ eligeret malum nisi propter finem quod declarat dominꝰ. Mathei.v. Beati eritis cum maledixerint vobis hoies ⁊ presecuti vos fuerint ⁊ dixerint omne malũ aduersum vos mentientes propter me: ⁊ talis patientia ẽ meritoria. Ideo subiũgit. gaudete in illa die ⁊ exultate ecce enim merces vestra copiosa est in celis ideo ratione ꝑmij. O anima cum tibi sit necessaria virtus patientie sis patiens: quia dicitur in euangelio veritas liberabit vos ⁊ hoc de primo.

¶ Circa secundum dico ꝙ patientia dei qua sustinet peccatores in hac vita est nobis preclarissimuz beneficium. Quid namq̃ esset mihi vita si statim commisso peccato me interficeret aut non mitteret citerius expectando me patienter ad penitentiam se haberet: ꝙta fuerit eius patientia probatur exemplo. Nam deus regendo mũdum vt pater vidit mala que fiebant in terra sustinuit cum patiẽtia homines a principio mundi duobus milibus annorum ante diluuium: cum autem essent hominuz peccata grauissima postea precepit noet adhuc expectauit cẽtum viginti annis vt corrigerent ⁊ semper deteriores efficiebantur Ecce maxima patientia dei. insup expectauit chananeo vsq̃ ad itroitum filiorum dei in terra promissionis. expectauit ⁊ ciuitatem ninue. xl. diebus vt corrigerentur vt fecerunt. ⁊ passim christianos expectat nos peccatores qui continue peccamus vt nostri misereatur quanta sit magna eius patientia ⁊ longa dicitur in ps. Ego ipse vsq̃ ad canos proregam ⁊ saluabo te, et confiderate maximam

patiẽtiam dei: quia vsq̃ ad canos nos patienter expectat vt solũ nostri miscreatur. Unde de nolentibus conuerti conqueritur prouer. i. Vocaui ⁊ renuistis. i. multiplica vocatione. Et extendi manum meam multa beneficia largiendo ⁊ nõ fuit qui aspiceret: vt faciunt porci qui continue depascũt sub arbore: nec oculos vnq̃ exigũt ad arborem de qua tantum habẽt beneficium. Despexistis omne consilium meuz ⁊ correctiones meas negleristis: ego quoq̃ in interitu vestro ridebo: ergo anima conuertere ad dominum deum tuuz qui patienter te expectat que patiẽtia dei est nobis preclarissimum beneficium: ⁊ sic patet ad secunduz dubium. ¶ Circa tertium respondeo sm beatum Thomam. ij. ij. q. xiij. dicens ꝙ mali a bonis tolerandi sunt: qz quo ad preparationem animi: homo debet esse paratus ꝙ opus bonum fuerit adimplere.

Sed notandum ꝙ quando iniuria illata est persone ad particularem personam: tunc patienter sustinendum est: qz vt dicit Augustinus sup illud canti. Sicut lilium inter spinas ⁊c. Non est bonus q̃ malos tolerare nõ potest. quando vero iniuria illata est ꝑsone cõmuni debz talis iniuria vlcisci: vt patet in veteri ⁊ nouo testamentis. Nam helyas qui erat ꝑsona communis. s. ꝓpheta dei sup illos q̃ venerunt ad capiendum illum fecit descendere ignem de celo ⁊ cõbusit quinquagenarios ⁊ qui cũ illis erant. i. regũ. i. Helyseus maledixit pueris qui deridebant euz ⁊ ab vrs interfecti sunt. In nouo testamento sanctus Siluester excommunicauit illos qui miserant eum in exilium: quia representabat personam dei: ideo debuit iniuria dei in eum facta vlcisci qõ et fecit. Sed iniurie personam particularem semper animo tolerande sunt: ⁊ ideo damnum tolerare debemus: sed iniuria animo tolerãda est: qõ fecit christus in euangelio hodierno: quia iudei volentes euz occidere: qõ erat iniuria dei dicens. Vos ex patre dyabolo estis ergo anima fac supradicta ⁊ viues hic per gratiam ⁊ in futuro ꝓ gloriam. Amen.

¶ Feria sexta prime dñice.

Anima que peccauerit ipsa morietur. Ezechiel. xviij. Anima fidelis ex verbo assumpto audit grauitatem pcti q̃ est cã mortis spũalis ꝑuat eã beatitudine eterna. Et ideo vt de pcto informet cũ fit cã tantorum malorꝫ relicta missa venit ad me: ⁊ ꝓ sui introductiõe querit dubium declarari. Cum in hac vita nõ sit q̃ faciat bonũ ⁊ non est vsq̃ ad vnũ. Unde ꝓueniũt tot ⁊ tãta pcta in hũanis actibus. Que ẽ rõ huius q̃sti. O aia: nõne edoceris ab Augu. li. de vera religione xp̃iana ꝙ pctũ adeo est ita voluntariuz ꝙ nullomõ pot eé pctũ: nisi sit volũtariũ: ergo a volũtate ꝓcedit Quid ergo interrogas. Rõ q̃ me monet pater est. Sã dicit Jo. viij.

Qui facit peccatuz seruus est pcti ⁊ seruitus nō competit voluntati qz est libera ⁊ fons libertatiz: ergo videt ꝙ peccatum a volūtate non pcedit: ideo quero dubiū declarari. Nota aīa ꝙ peccatuz oio procedit a volūtate dupliciter. Uno mō ꝙ accidens. Alio modo vt libere agens. Primo procedit pctm̄ a voluntate ꝙ accidens inq̄ztum volūtas fertur in bonū aliqđ cui ꝓiunctū est maluz simpliciter: vt verbi gratia delectatio que est in adulteris semp comūgitur malo: scz priuationi ordinis iusticie: qz licet voluntas nō velit malū �means se: tñ ex hoc ipso ꝙ elegit bonū cui comūgitur malum potius vult mhere re tali malo q̄z carere tali bono: et ideo tale peccatū dicitur voluntariū per accidens. Secūdo peccatū dicit a volūtate inq̄ztuz consensit vt libere agens. Unde eius qđ est libere agere ⁊ nō agere: libere accedere ⁊ nō accedere nō oportet aliā causaz querere: qz ita vult exēplū Nam si scriptor habeat exemplaz ad scribendum ⁊ scribendo scribit falsum ⁊ nō respicit exemplar ex hoc ipso peccat ꝙ nō ꝑm exemplū scribit. Nulla enim huius est alia ratio nisi sua voluntas libera. Si aūt dicatur peccatuz est huile opꝰ que seruitus non volūtati competit: ergo a voluntatate procedere nō videtur. Nota beatū Thomaz ꝙ aliud est cogi ab alio et aliud ē subijci seipm̄. Nam voluntas hominis que est libera ⁊ fons libertatis non pōt cogi: sed tamen suo libero arbitrio pōt subijci seipm̄ quod fit q̄n volūtas libere in actū peccati consentit ⁊ hoc libere facit ideo seipaz morti tradit spūali vt habetur per verbum assumptum. aīa que peccauerit ⁊c. Sed vt non miretur mens humana de verbo assumpto. Notate multa mala q̄ ex peccato veniunt. Primo minuit bona nature. Secūdo aufert meritoria. Tertio inficit virtutū opa. Quarto dispōit ad vlteriora. Quito obligat ad supplicia. Sexto amouet felicia. Circa primū maluz qđ facit peccatū est ꝙ minuit bona nature. Et pro declaratiōe nostra beatuz Thomā. i. ij. q. lxxv. ar. primo. Ubi dicit ꝙ bonum nature dr tripliciter. Uno modo ipsum viuere ⁊ intelligere ⁊ tale bonum per pctm̄ nō diminuitur. ō hoc bono loquitur Dionysius lib. iiij. de diuinis nominibus de demonib⁹ in quibus bona nature manent integra post peccatum. Secūdo modo dicitur bonū nature donū originalis iusticie qđ fuit in primo parente collatuz a principio humani generis per qđ sine rebellione vires inferiores ratōni totaliter subdebantur. Et hoc totaliter per peccatum est ablatū primis parentibus peccantibus. Unde apls. Caro concupiscit aduersus spiritum spūs autē aduersus carnē. Tertio mō dr bonū nature ꝛclinatio quā habet hō a natura ad virtutē. Et hoc quidem bonū diminuitur ꝙ peccatum. Nam cū homo per vnū peccatū magis dispōitur ⁊ habituat ad aliud peccatū consimile. exemplum. Nam quando homo incipit taz frigus habere ꝺbiliorꝛ efficitur in calore ⁊ per consequens minus

potens ē ad resistendū frigori. Similiter qui iam peccatum cōmisit taz abilioꝛ est ad aliud peragendū ⁊ minus potens ad resistenduz et tanto amplius quanto ampliora peccata cōmittit. Ideo hoc considerato anima peccato resistenduz est cū eo bona nature minuūtur. Secundo dixi ꝙ peccatum aufert meritoria. Naz si homo plura merita acquisiuisset q̄z fecerit Johannes baptista. si peccatum mortale committat omnia merita amittit. vnd Ezechie. xviij. Si auerterit se iustus a iusticia sua omnes iusticie eius quas fecerit non recordabuntur. Sed si queras quare nō recordabūtur: quia sicut mortui qui ad istam vitam nullam habēt operationem qua mediante esse possint in memorijs hominū: ideo obliui oni traduntur. Ita opera ꝙ peccata mortificata: quia per hoc mortuis assimilantur cum non habeant operationem vite sunt in obliuione coram deo. Quod aūt talia opera per peccatū dicantur mortificari ostēdit beatus Thomas. iij. par. q. viij. arti. iiij. Ubi dicit ꝙ per quandā similitudinez dicūtur res mortificari quando scz impediuntur a suo ꝓprio effectu vel operatione. Effectus vero operū virtuosorū que in charitate fiunt est perducere ad vitam eternā. Quiquidem effectus impeditur. p. p. mor. sequens inq̄ztum gratiam tollit sine qua nemo ingreditur ad vitam eternam. Si ergo mortificata sūt cum non habeant operationē vite sunt in obliuione coram deo eo ꝙ deus non vult recordari vt premiet talia opera: dimittendum est ergo peccatū per qđ homo perdit tantū bonū quod meritorium esse deberet ⁊c. Tertio dixi peccatuz inficit virtutū opera: scz facta in peccato quia per peccatum sic efficiūtur vt non valeant ad meritum vite eterne. Unde augustin⁹ dicit ꝙ peccatoꝛ nō meretur panē quo vescitur ⁊ ideo peccatoꝛ vt peccatoꝛ ꝙ opera de genere bonoꝛ non meret vitam eternā. Nam homo non acceptatur a deo in operibus suis nisi placeant nec ei potest placere si sit ei dissimilis: ⁊ est ei dissimilis propter culpam: ergo non meretur vitam eternā. postq̄z deo non placet Sed fortassis dices. quicqđ facit homo semp facit ad finē vite eterne. Et si ex operibus factis in peccato mortali nō valeo puenire ad vitam eternam ad quid ergo laborare volo. Nota aīa ꝙ obiectū voluntatis est bonū: quia q̄cquid appetit homo semper appetit sub ratione boni naturaliter: sed non penitendo de peccato est maluz: ergo non penitendo facit contra naturam suā: ⁊ ergo operando bonum ꝓpter peccatum nō valet ad vitaz eternam. Et quia apud deū nullū irremuneratū habetur: ideo valet ad multa. Nota aīa ꝙ tale bonuz extra gratiā ⁊ charitatē factū. Primo valet ad bonoꝛ temporaliū multiplicationē. Secūdo valet ad hoc vt diabolus nō habeat tantaz potestatem: quia visa virtute diuina refrenatur potestas diaboli ex opere operato de genere bonoꝛū. Tertio valet ad diminutionez pene inferni: quia dū operatur illud

ttissime hanc petitionem: vt amplius non reuertaris hierusalem his diebus. Quam permissionem si mihi non feceris deficiam p̄ dolore. Cui filius. Patiētiam dulcissimam mi mater habe: quia tempus est vt impleantur scripture pphetarum sicut dicit ysayas. Filios enutriui ⁊ exaltaui. ipsi aut̄ spreuerūt me. Quid ego debui facere vinee mee ⁊ non feci expectauit vt faceret vuas ⁊ fecit labruscas Et ista sollicitudo est ad propositum q̄ ego sim vitis vera ⁊ alij iudei palmites. de quibus constat si fuissent coniuncti vite potuissent feciſſe fructum. Sed modo sunt separati a me per inuidiaz mihil valent nisi comburentur. Cui autem mater dixit. Scio fili mi charissime q̄ vna tantam punctura corporis tui duplicabitur corpori meo: Quia nulli dubium quoniam potius moriar: q̄z te fili mi videam mori. ¶ Die vero post palmas Jesus rediit mane hierusalem. Et cum esset in templo adduxerunt scribe ⁊ pharisei mulierem quandam in adulterio deprehensam ad eum. Quibus dixit. Qui vestrum est sine peccato ⁊c. Quibus recedentibus dixit muliери. Vade ⁊ amplius noli peccare. Nec ego te condemnabo nullam penitentiam eiimungens.

¶ Nota euangelium. Appropinquanti igitur sero nullus adhuc eū inuitauit. ideo rediit bethaniā vbi adhuc matrem inuenit: quam reuerenter salutauit. Cui illa dixit. Qualis mihi potest esse salutatio. iam te cogitaui mortuum. Quare fili charissime peto te non denegare mihi ante mortem tuaz copiam tui: quia video q̄ tu qui es panis viuus ⁊ cibus angelorum fis qualibet die famelicus. nec est in tota ciuitate hierusalem qui tibi panem prebeat. Pergam igitur tecum qualibet die si non vis manere mecum. Et ego si aliunde habere nequiuero de labore manuum mearum prouidebo tibi. Cui filius ait. Non oportz mater sed confortēris: quia ego sum sicut medicus in mundo pro medicina humani generis. sed eo medicinam esse contrariam mundo. Ego igitur qui sum via fatigor: ut errantibus ostendam viam. Ego qui sum veritas accusor falso vt deceptis viam veritatis manifestem. Ego qui sum vita mortem patior vt mortuos perducam ad vitam eternam. Cui mater finaliter inquit hec omnia. Fac fili: sed non cum amaritudine mortis Nam alium modum saluandi genus humanum scis q̄z mille fies occidendo matrem que te genuit ⁊ nutriuit. Una enim gutta sanguinis vel sudoris sufficeret ad remedium vel redemptionem generis humani: ⁊ statim ambo fleuerunt. Quod videns maria magdalena et alie; vocauerunt eos ad cenam: quia tarde erat. ¶ Die autem martis sequenti venit dominus Jesus ad templum: ⁊ illa die sicut in die belli multas disputationes ⁊ insidias: et mala verba passus est. Primo a principibus sacerdotum et scribarum querentibus in qua potestate die palmarum eiecisset vendentes ⁊ emētes de templo. Secundo passus ē ab herodianis querentibus an liceret censum dare cesari. Tertio a saduceis de muliere habente septem viros deberet esse in futuro seculo. Quarto a phariseis de maiori mandato legis. Quinto de tēplo ⁊ ciuitate: scilicet si vnq̄z istud edificium deberet destrui quibus omnibus christus imposuit silentium suis rationib⁹. Cum ergo sero esset illa die iterum rediit in bethania ieiunus ⁊ lassus: ⁊ vadēs versus Bethaniam sequebantur eum principes sacerdotum ⁊ volebant eum proicere de supercilio montis: ⁊ sic eum occidere. sed christus occultauit suam humanitatem: ⁊ sic recessit ab eis. Dicitur autem q̄ quidam lapis diuisit se per medium ⁊ abscondit christuz a facie eorum in signum cuius vestigia sui corporis adhuc ibi latent. Cum ergo christus venit ad montem oliueti in orto vbi semper solebat orare cum discipulis suis predixit suis discipulis vniuersale iudicium ⁊ signa que primus euenient dicens. Erunt signa in sole luna ⁊c. Predixit eis suam passionem dicens. Scitis quia p⁹ biduum pascha fiet ⁊ cetera.

¶ Audiens hoc iudas passionem christi voluntariam tam cito fore futuram sperans suum damnum recuperare de effusione vnguenti cogitauit intra qualiter ipsum aptius possit vendere. ¶ Cum ergo christus vltra solitum tardaret venire. Bethaniam ad hospitium marthe. vbi fuit mater ipsius venit maria mater ieiuno filio ⁊ lassato obuiam: que cum multis lachrymis complexata ⁊ osculata ē eum: et inuestigata causa traditionis eius a suis discipulis accepit responsum: q̄ tota die fuit in disputationibus cum principibus sacerdotum ⁊ quomodo volebant eum capere et proicere de monte ⁊ abscondit se. Que quasi mortua cecidit nesciens quicq̄z filio loqui. Sed christus eam dulciter est osculata promittens se tota die sequenti cum ea mansurum. ¶ Ad hec verba mater aliquantulum refocillata surrexit. et venit cum filio bethaniam in domo marthe vbi cena parata fuit p christo ⁊ discipulis suis. Et quia Judas scharioth principibus sacerdotum bene notus fuit: fecit ei Maria mater christi specialem honorem. alliciendo et plusq̄z alios ad filium suum. Et posuit ipsum in media mensa inter filium suum et seipsam. vbi mater christi multa dicit Jude de filio suo. Rogando eum vt filium suum custodiret ab insidijs Judeorum. Et iste dolosus Judas promisit se multa facere pro defensione filij ⁊ magistri sui. Adueniente igitur die mercurij permansit Jesus tota illa die cum matre sua secundum suum promissum confortans eum super martyrio sue passionis. Dicit ergo maria ad filium. ¶ Scio fili charissime q̄ de me carnem assumpsisti illa de causa: vt genus humanum re-

dimeres. Nec ego illam redemptionem impedirevolo. Sedvnuz peto: vt inter dolores non deneges matri tue mestissime. Ego enī mater tua que tevtero meo portaui ⁊ vberibus lactaui: ⁊ magna custodia diligentissime te ab infantia tuavsq; ad nunc laborauī. ℂ Pro his omnibus peto ꝙ redemptionem sic facias humani generis ꝙ non moriar pre tristicia vel dolore passionis tue: quia qō tu patieris in corpore hoc ego in corde. peto igitur fili charissime quia precepisti parentes honorare ꝙ alterum istorum quattuor facias. ſ. ꝙ fine tua morte ⁊ passione redimas humanum genꝰ: vel ꝙ mors tua sit tibi fine pena: vel ꝙ saltem me prius mori permittas: vel ꝙ me facias in extasim animi: ita ꝙ in me non sit aliqua cognitio mortis tue als pluries moriar vno die.

Cui filius dulcibus verbis respōdit. Mater charissima: nullū istorum mihi incumbit facere. Nō primum: quia oportet me mori cum hoc prophetatum sit de me. immo consonum est rationi: vt ego qui sum vita moriar vt genus humanum redimatur a morte ad vitaz. Nec secundum: quia sicut per vnum omnes peccauerunt ⁊ egent gratia dei. sic ego qui sum gratia veni omnes homīes saluos facere carnem trahens de adam debeo i omnibus membris meis pati. In pedibus contra aggressuz ade ad arborem. in ore contra gustum ipsius ade. Nec tertium quia tunc nō seruarem debitum honorem maternum quia oporteret ipsam matrem descendere ad infernum: scilicet ad limbum inferni ⁊ ascensionem meam expectare: quod nō decet te nec me: sed postquam resurrexero ⁊ ascendero in celum tecuz cetu angelico cum corpore ⁊ anima in celum suscipiam ⁊ ad dexteram meam collocabo. Nec etiam clarissima mater quartuz. Sed cō fortetur cor tuum: quia dolor quē in morte mea sustinebis recōpensabitur tibi in dolore mortis tue: quia nec dolorem nec timorez dyaboli habebis: sed maximum gaudium. Etiam ostendam me tibi: primo postq; resurrexero. Credibile namq; est ꝙ humor naturalis in beata virgine Maria totaliter defecit ab illa die vsq; ad horum passionis christi: qua christus spiritum tradidit in manu patris: nec mirandum: quia naturales dicunt ꝙ leo in morte lachrymatur: sed amplius leona. Christus enim est leo de tribu iuda. Maria autē est leena: ⁊ quia maxime dilexit filiuz suum dilectionez naturali pre omnibus creaturis: ideo dolor fuit in ea maior: ⁊ qz christus feria quarta nō venit ad templum more consueto credebant principes sacerdotum ꝙ vellet fugere ad alias regiones: ⁊ ideo eodez die. ſ. feria quarta congregati sunt in domo cayphe ⁊ fecerunt consilium tertium quomodo ipsuz occiderent ant eꝯ recederet ab eis: ⁊ sicut prius determinauerunt ipsum occidere: sic modo querunt consilium de tempore quo illud solertiꝰ possint facere: ⁊ ideo dixerunt nō in die festo: scilicet parasceue. Et ratione

tumultus fieret in populo q; ipm liberaret de manibus eorum non propter reuerentiam festi. vnde cō filiati sūt morte eius differre vsq; post festum quō consilium imutauerunt inuenta opportunitate capiē di euz sine turbis de iude consilio proditoris. Nota ꝙ diabolus nolebat christū pati in pascha ne passio sua mānifestaretur populo ⁊ ex ea populus conuerteretur. Unde bernardus. heu heu dulcissime iesu illi sunt in tua traditōe ⁊ psecutione primi qui videntur ⁊ debebant esse in tua ecclesia dispensatores tui. in illis pro certo verificat illud danielis. Egressa ē dignitas a senioribus qui videbantur regē populū priores sunt scribis ⁊ pharisеis. isti canonici pastores ecclesiarum habentes pingues prebendas qui sepius cum veniūt in suis consilijs ⁊ volūt extyrpare pauperes xpi scz ordines mendicātiū ⁊ sepe dant prelatis multas pecunias pro destructione fratruz: sed scribitur in ps. Non sic impij non sic. quia sepe cadunt. Judas autez scarioth vnus de duodecim q; iam proposuerat in corde pdere ⁊ vendere dominū suuz ⁊ magistrū sciens phariseos ⁊ alios congregatos in domo cayphe abijt ad eos non ab eis inuitatꝰ: nec aliqua necessitate compulsus sed spōte. Qō autem iudaz ad hoc introduxit dicit Leo papa iudas xpm nō timoris vel odij perturbatōne concepit tradere vel vendere sed pecunie cupiditate. vnde augusti. Justicia in corde illo non inuenit mansionez vbi auaritia habitaculū facit. Hoc maxime ē contra prelatos auaros ⁊ cupidos qui heu quotidie iustitiam suppeditant: vt possint implere bursas suas. ℂ Dicatur. Intrauit ergo iudas ad principes sacerdotum non expectat donec vocaretur. Cum tamē dicat catho. Ad cō filiuz ne accesseris antez voceris. non expectauit emptiones ac sive nalem rem haberet advendenduz ⁊ dixit eis. Quid vultis mihi dare ⁊ ego eum vobis tradā. quasi dicere. Vos domini scio qō queritis in consilio. Ego enim possuz melius facere istam proditionem ꝙ nullus alius. Ideo dicit. quid vultis mihi dare. Augustinus ait. O misserie fur qs te docuit facere mercationes cū fuisti filius multoris videl tibi ꝙ viles merces portas: quia earum valorem ponis in voluntatem ementium. Hieronymꝰ O pessime fur quis te induxit ad hoc. vel quid fecit tibi magister tuus. vt eum venderes. profecto nihil aliud qz beneficia que tibi dedit. Fecit enim te apostolum ⁊ dispensatorem. ⁊ dedit tibi potestatem faciendi miracula ⁊ demones fugare. horum autem beneficiorū oblitus ⁊ ingratus ipsum vendidisti. Et hoc est maxime contra ingratos recipiētes a deo multa bona. Quod ꝑm augustinuz ingratitudo est magnū vicium ⁊ non ē aliquod peccatum adeo graue qō ita examinetur sicut ingratitudo. Et ideo christus potuit dicere illō. ps Quoniaz si inimicus maledixisset mihi sustinuissē vtiqz. O quot sūt adhuc hodie iude. ſ. scultetі scabini ⁊ plocutiones siue aduocati q;

iusticiam ⁊ sua iudicia vendūt dicentes cum iuda licet non verbis tamē factis. ¶ Quid vultis mihi dare habentes semper manus apertas ad accipiendū munera ad vendendum deuz: scz iusticiam. ¶ Nota hoc exemplum de illa paupercula muliere que liniunt manus sculteti ⁊ scabinorū. in hoc enim sunt similes iude ꝓlati ⁊ pastores ecclesiarum et omnes confessores vendētes quodcūq; sacramentū. ¶ Nullus enim talis potest mihi aliquid petere sub sententia excōmunicationis. hoc enim determinat in decretis causa primavbi querit virū aliquis curatus vel ministrans sacramenta potest mihi aliquid exigere vbi dicit sic. ¶ Si quis curatus vel ministrans sacramenta aliqd precium mihi exigerit debeta suo deponi officio tāq; amicator symoniace fraudis allegans' dictuz salvatoris di. ¶ Quod gratis accepistis gratis date. ¶ Sequitur. ⁊ ideo quicūq; in sacro ecclesiastico ordine cōstitut⁹ aut pro baptisandis aut ꝓ sponsalibus aut pro confessionibus premia vel precia nisi voluntate oblata ꝓ hmōi suscepit quattuor mensium excōmunicatōe plectat. ¶ Dicunt ergo isti sculteti ⁊ scabini ⁊c. ¶ Quid vultis mihi dare. ¶ Responderūt pauperes aureā baptistaz debet sculteti scabini ⁊c. ⁊ alij rectores ecclesie aurea baptista nō est in orbe sophista qui te decipiat vel reprobare sciat. ¶ Omnis tales sunt similes symoni mago: qui dona spūssancti ꝓ pecunia credebat emere ⁊ aterū ꝓ pecunia credebat ⁊ volebat vendere. ¶ Qui respondit petrus. ¶ Vade pecunia tua tecum sit in perditionem ⁊ eternā dānationem. ꝓ certo tales vendētes eū pro pecunia: sic sacramēta cuz symone mago eternaliter dampnabuntur. pro certo si ista regula iuris iam bene seruaretur quod vtiq; vellem iam plebei non tantuz prohiberent nobisipsis religiosis audire confessiones. ¶ Nec etiaz regula iuris de iudicibus intelligitur de iudicibus vendentes iusticiaz. ¶ Ecce charissimi quomodo isti iude. ſ. iudices ⁊ prelati et plebei ⁊c. dicunt quotidie cū iuda habētes manꝰ apertas. ¶ Quid vultis mihi dare ⁊ ego eum vobis tradā. ¶ Sequitur. ¶ Dederūt triginta argenteos ⁊ gauisi sunt valde scilicet hoc audientes. ¶ Di enī fuerunt argentei pro quibus Joseph' fuit venditus: quos etiam tres reges obtulerunt virgini Marie: quos maria perdidit in deserto fugiendo in egyptum pre timore herodis. ¶ Quos aliqui posteriores inuenerūt dantes eos principibꝰ sacerdotū qui posuerūt illos in corbanam ꝓ quibꝰ modo emerūt xp̄um hoc habetur in legenda triū regū ¶ q̄ parua pecunia pro tāto thesauro. ¶ Iuda miser mercator q̄s docuit te tales mercationes vt dares deum ⁊ hominem pro .xxx. denarijs. ¶ Hieronymus. ¶ Iuda licz tua auaricia dat tam pretiosum thesaurum pro .xxx. denarijs: eius tamen mater maria non dedisset ipsum pro toto mundo. ¶ Si enim iuisses ad eam omnia sua potius dedisset tibi q̄s sic permisisset filiū suū a te vēdi. ¶ Hz̄ tñ peiores sūt in

de multi mechanici. ſ. vendētes vinum ⁊ ceruisiam. ¶ Campiores etiā qui quotidie xp̄m vendunt ꝓ vno denario tñ. ¶ Sed precipue peiores sunt omnibus campsores et vsurarij qui quasi sunt vnum: excepto hoc solum q̄ publici vsurarij sunt in iure excōmunicati. ¶ Sed q̄ tum ad peccatum campsores sunt peiores: qz exponendo pecuniā lucrantur. ¶ Tales enim dñs eiecit de templo in signū q̄ ipi hic ejciendi sunt de templo ꝓ excōmunicationem ⁊ in futuro ejcientur de templo celesti per eternā dānationem quia legitur dominos hos binavice eiecisse de templo. ¶ Peiores sunt campsores q̄; vsurarij: qz vsuram concedunt indigentibus pro ordinato denario. ¶ Isti aūt nō concedūt etiam si homo deberet mori fame. ¶ Judas tñ semel christum vendidit. ¶ Isti nunc quotidie ⁊ hec bona dimittunt suis filijs ⁊ heredibus: ⁊ vnus post alium vadit ad dyabolum: quia ꝑm beatum Augustinuz. ¶ Non dimittitur peccatū nisi ⁊c. ¶ Isti peiores sunt q̄; infern⁹ quia infern⁹ quando sciuit christū in cruce pendentem: tunc virtute passionis christi reddidit omnes quos iniuste habuerat. ſ. sanctos patres. ¶ Sed maledictus vsurarius ⁊ campsor quotidie in sermonibus audit virtutem passionis xp̄i q̄ passionez pro eis sustinuit: ⁊ tamen nō vult restituere bona q̄ iniuste possidet. ¶ Hic nota de illis ribaldis ⁊c. qui recipiunt a mulieribus cōiugatis pecunias qui peiores sunt ipo iuda: qz tales vituperant factum iude. ¶ Unde dicit Augusti. ¶ Dicunt enim iudas vendidit xp̄m denarijs: tu enim peioz es: qz vendis xp̄m ⁊ non potes accipere sacramentū nisi reddas ⁊ vendas aiam tuam dyabolo ⁊ exponendo te ⁊ oēs amicos tuos in periculo mortis. ¶ Ecce carissimi videnf isti adulteri peiores ipo iuda: qz iudas dedit dyabolo aiam ⁊ corpus pro xxx. denarijs. ¶ Isti aūt dant animā corpus ⁊ amicos ⁊ tempus ꝓ vili pcio. ¶ Q̄ miserrimi vsurarij sunt isti qui tñ dant pro nūmo. ¶ Nota q̄ rustici pulsant campanas contra tonitrua ⁊ grandines ne ceres destruaf i campis: multo fortius deberēt pulsare campanas pereūte ⁊ aduenīte vsurario in aliqua ciuitate: qz grando ⁊ tonitrua sōlum fulminant cererem in campo ¶ Usurarius vero fulminat ⁊ devorat cererem ⁊ bladū de horreo: denarium de bursa: lectum de dorso: tunicaz de camera. ¶ Q̄ necesse haberent pulsare campanas ciues ⁊ mercatores habentes vxores. contra tales etiam vsurarios lenones ⁊ etiam adulteros qui de adulterio vxorum raptunt pecunias de costa pannos de torculari. ¶ Omnes isti adulteri vsurarij eternaliter dānabuntur cum magistro suo antecessore iuda. ¶ Nota q̄ ista venditio facta fuit feria quarta. ¶ Ideo plures temporibus nostris abstinēt a carnium cibis illa die ob reuerētiaz xp̄i: ex quo caro sua benedicta vendita fuit. ¶ Ista venditio fuit figurata genesis trigesimo septimo vbi dicitur q̄ Joseph a fratribus suis ꝓ inuidiaz fuit venditus triginta argenteis ⁊ ductus in egy-

ptum vbi multa passus est. et tamen proprios fratres a fame liberauit. Spiritualiter Joseph accrescens interpretatur: et figt christum qui creatur in humilitate semp fratres eius apostoli fuerunt quoruz vnus vendidit euz. xxx. argenteis. mercatores fuerūt iudei principes scribe ab his emptus est et ducit in egyptum qui interpretatur obscuritas et tenebre: quia ipsis mercatoribus: scz principibus procurantibus ad mortis obscuritatem peruenit: quia ipo existente in egypto crucis facte sunt tenebre i qua multa sustinuit opprobria: sed fratres suos qui ab eterna fame perierant liberauit. Et sic patet primū principale: scz quomodo christus fuit venditus. ¶ Secundus punctus ostēdit quomodo fuit captꝰ. Et ido sequitur textꝰ. Sciens aūt iesus scz de sua morte fuit conclusum et ꝙ a iuda venditus erat in signuz amoris voluit cenare cuz discipulis suis feria quita ante diez primū azimoruz que fuit pascha: scz feria sexta in quibus vesperis comedebatur agnꝰ paschalis ꝟm preceptum legis: sed christus sciens se passurum qui erat verus agnus imolandus in ligno crucis. eodem die venit vt comederet cuz discipulis suis. Et dixit petro et iohāni euntes parate nobis pascha vt manducemus. Ipse enim nōvenit legez soluere: sz adimplere. Et ideo quia lex precipiebat de agno paschali voluit adimplere. Tunc discipuli hoc audientes dixerunt. Vbi vis paremꝰ tibi comedere pascha id est agnum paschale, quasi dicerent. nec tu habes domū nec nos: quia omnes reliquimus propter te. vbi ergo vis etc. Hoc enim dominus conqueritur contra diuites Math. Vulpes foueas habent volucres nidos. filius autez hominis etc. Audiant hoc domini terreni diuites quibus ē tanta sollicitudo circa plurimas domos et altas et magna castra edificanda: quia sepe sunt causa multoruz malorum et sciunt dominū iesuz christum celi et terre non habuisse vnū habitaculum in quo potuisset reclinasse caput suum. Tūc dixit eis iesus. Euntibus vobis in ciuitatē occurret vobis homo aquam portans in lagena sequimini eum in domuz in quo intrabit. et dicite domino domus. Magister dicit tempꝰ meum prope est vt manducem agnū paschalem cuz discipulis meis. Attēdite charissimi quia petrꝰ et iohānes debent iaz isto festo parare domuz anime ad manducandum agnū paschalem imaculatū. petrus agnoscēs iohānes dei gratia. Sequif euntes autem discipuli fecerunt sicut precepit illis et paraucrunt pascha: sz emerūt agnū. Ecce in qua domo iesus iaz isto festo vult cenare sacramentaliter ꝑ certo in domo cōtritionis. In qua est aqua contritionis oculorum et sue passionis quia scilicet quando aqua effunditur de vase non remanet imūdicia necz sapor in vase sic nec manet in vase anime et cordis nec remanere debēt imūdicie peccatorum necz sapor aliquis vndicte. Vnde hieronymus. Effunde sicut aquaz cor, tuū mon sicut vinū

in quo manet sapor et ecce iam videto in qua domo christus iāvult comedere. In festo pascbe agnum imaculatum sacramentaliter non in domo phariseorum et ypocritarum quia phariseus diuisus interpretatur quia significant peccatores a deo diuisos. iuxta illd. ps. Longe a peccatoribus salus. vnd Hieremie. Iniquitates diuiserūt etc. Non etiaz vult cenare in domo scribarum. In doctrina et vestibus gloriantes superbie. Augustinus Quid superbis terra et cinis monstrum est. Vnde ad confundenduz superbiam scribarū dominus venit in hierusalem sedens supasinaz. Ideo beatus bernardus contra superbos et vanos clericos dicit. Nescio heu iam cuius ordinis sunt clerici. In vestibus sicut milites. In congregatione rustici et in redditibū receptiōe sicut clerici. nec tamen vt milites militant: nec vt rustici laborant nec vt clerici euangelizant. Et ideo quia nullius sūt ordinis proijcientur vbi nullus ē ordo: sz sempiternus horror inhabitās Job. Nec etiam vult cenare in domo clericorum et presbyterorum et potatoruz quia heu iā multi sunt intrantes tabernā sicut laici. Contra quos dicit bernardus. olim enim presbyter dicebat quasi prebens alijs iter sacrum: sed heu iam mutata est hec interpretatio: quia iam vt videtur presbyter dicitur quasi ꝑ alijs bibens ter. Et ideo sunt de numero illorum quoruz deus venter est. ad Philippē. iij. et sic sunt ausi et per consequens peruersi. Et ideo minime curāt ire hānem: euangelistam: sed auream baptistam. non marcuz sed detractionis ritum. non matheum: sed abundantiam rerum. non lucam sed lucrum. non aureaz sed venerem dictam. Quare summe timeo ꝙ dicetur eis. Deleantur de libro viuentium etc. Non etiam vult cenare in domo cayphe simoniace pfidentis. i. cuz sacerdotibus plebanis vendentibus sanctum. i. sacramenta eis commissa. hos dominꝰ bina vice ò templo eiecit: vt supra in die palmarum. Nec etiam vult cenare i domo pylati falsi iudicis. contra veritatem propter timorez vel munera quia ꝟm Isidoruz de sūmo bono tria peruertunt iudicium: scz amor amicoruz: timor superboruz: et munera. hoc non ille paganus fecit de quo legitur inuitas patrum de sancto macharioꝰ ꝙ inuenit caput pagani iudicis. qui dixit ex ore suo nunczꝫ falsum iudicū processisse propter qò erat saluatus. Non etiā iudicauit ille rex de quo legitur. Qui filiuz sororis iudicauerat mori eo ꝙ vnam virginem oppressérat non recipiendo amorem carnalez. qui inueniens ipsum nō fore interfectum manibus ꝓprijs interfecit euz. Nec etiā vult cenare in domo iude proditoris: quoruz multi sunt qui comedūt cum eo: et post ferculum eum tradunt et ostendunt eis pacem osculari bonoruz verboruz et eos ò̄tra hunt. Nec etiam vult cenare modius qui omnes sunt filij iude ꝙ fuit filius multoris. ipsi enim habent duo vasa: scz vnuz maius et aliud minus. Nec in domo vendē

tis vinum ⁊ ceruisiam ⁊c. dant ẽm tales vendentes malam mensurã quoꝝ omniũ istoꝝ penitentia scribitur in iure extra de contrahentibus emptionem ⁊ venditionẽ vbi dicitur ꝙ omnes qui falsificãt mẽsuram. xxx. diebus in pane ⁊ aqua debent ieiunare. ⁊ tamen tenentur restituere ⁊ adimplere mensuraz. Nec etiam vult cenare in domo illorum q̃ cognoscunt moniales velatas. quorũ ⁊ quarum penitentia scribitur in iure ⁊ etiam illarũ que promiserunt pudicitiam ca. xxvij. ⁊ capitulo deuotam vbi dicitur ꝙ monialis peccans in carne aut etiam que promisit pudicitiam aget penitentiam decem annorũ in pane ⁊ aq̃ quartis ⁊ septimis feriis ⁊ postea a nullius christiane mulieris cõuiuiũ ibit: sed hec tam volunt esse prius hoc etiam intelligitur de viris peccantibus cuz illis. Et etiam illorum penitentia qui cognoscunt duas sorores habeẽ dis. x. q. iiij. c. si pater. vij. annis. Nec etiam vult cenare cum viris percutientibus vxores ita ꝙ aliquãdo mors subsequitur illorum penitentia etiaz habetur in iure capitulo. si quis vxorem percusserit debz penitere decez annis. primo anno ecclesiam non intrabit. secũdo anno intrabit sed non cõmunicet nisi cõpleto toto termino. in istis decem annis non bibet vinuz nec carnes comedeẽ nisi solum in festo pasche ⁊ in festo christi. Et feria secunda quarta ⁊ sexta ieiunabit in pane ⁊ aqua. Item arma nunq̃ portabit id est vxorem nunq̃ ducet. balneo nunq̃ vtetur, cũ vicinis nunq̃ intrabit in ecclesia: sed post ostiũ ab alijs diuisis stabit. ⁊ ingredientibus ⁊ egredientibus orationibus se cõmunicet. ⁊ in morte tantuz cõmunicet. Si infra istos decem annos moritur: sed si religionem intrauerat hoc sibi pro tota penitentia sufficiet. Non etiam vult cenare cum superbo qui voluit honorẽ dare deo glorificãdo se in veste fulgida seu deaurata. Ipse enim herodes duo habuit. pmo gloriabatur in vestibus vt superbus. secũdo ipse erat adulter ⁊ luxuriosus ⁊ iste herodes denotat ꝙ christus non vult cenare cum istis vanis ⁊ superbis mulieribus que intrant cum pompis vt videantur ab hominibus cum suis caudis habentes cornua bouina ⁊ caudas vulpinas. Nota exemplum de illo religioso q̃ vidit mulierem transeũtem in platea qui cecidit plorando ⁊ quesitum est ei quare plozaret. q̃ respõdit: quia illa magis laborat placere diabolo q̃z deo. ⁊ recessit ĩ domũ orando pro ea. ⁊ videbatur sibi ꝙ quidaz cornus veniebat ad eum portando cacabum cuz aqua ⁊ factus est albus sicut columba. statum altera die venit illa mulier ad eum petendo penitentiam iniũgi. Nec etiã cenat cum illo qui falsum iurat nec cum illis qui alios falso iurare compellunt. illorũ etiam penitentia habetur in decret. ca. xxi. q. ij. ca. si quis cum vinctus. vbi dicitur ꝙ falsam iuris vel falsum iurare faciens vel dantes cõsilium ad hoc. septez annis ieiunabit in pane ⁊ aqua quarti ⁊ sextis feriis: ⁊ post hoc ieiunabit. iiij. die

bus in pane ⁊ aqua. Nec etiã vult cenare cuz vsurarijs ⁊ cãpsoribus quia plures iaz sunt ponentes pecunias ad lõbardos pro lucro vẽdentes bona prolongando temp⁹ ⁊ eo plus recipiunt. qui omnes cẽsendi sunt vsurarij. non tantum lõbardi habent hic ⁊ alibi locuz sed quasi omnes sunt iam campsores isti mechanici. Qui iam habet denarium non vult exponere nisi vltra habeat: plusq̃z cõmunis vsurarius est. Ecce charissimi in quib⁹ domibus domin⁹ noster iam isto tempore non vult comedere agnũ paschalem sui corporis vt audiuistis: sed soluz in domo conscientie vbi portatur aqua lachrymarum contritionis. ¶ Sequitur euntes autem dixit. ⁊ parauerunt pascha emeruntq̃z agnum paschalem et omnia necessaria pro die festo ⁊ ipsum agnum preparantes assaueꝛunt. ¶ Sequitur. Et venit iesus cum apostolis ⁊ alijs suis discipulis. vespere autem facto posuerũt discipuli eius mensam ⁊ posuerũt agnum in catino maximo in medio mense. mensa enim erat quadrata ⁊ sedes circũposite ⁊ in qualibz quadratura sedebant tres. In illa autem in qua sedebat christus volunt vt essent quattuor quia apostoli erant duodecim preꝛ christum ⁊ oẽs posuerũt se ad mensã. ecce magna hũilitas ꝙ voluit adimplere legem: qz mandatũ erat. Exodi. vij. Spũaliter iste agn⁹ significat xp̃m ꝓpter quattuor. primo qz in die pasche ĩmolabatur q̃ erat parasceues pro sanctificatiõe populi, secũdo occidebaꝛ ⁊ mandu cabatur. Ideo dz pascha nostrũ ĩmolatus est xp̃s. tertio qz in veru integer fine ꝓfractione assabaꝛ ad igne. sic xp̃s in veru crucis fuit assatus integer ad ignẽ passiõis. q̃rto qz agnus erat sine macula ⁊ ideo medebatur: qz azimis fermẽtatis ⁊ cũ lactucis agrestib⁹. sic xp̃us q̃ est ⁊ q̃ erat agn⁹ sine macula dz a nobis sumi cũ azimis fermẽtatis id est cũ conscia pura absq̃z fermẽto pctõꝝ. ⁊ cũ lactucis. i. cũ amaritudine cõtritionis pnĩe. Et sicut agnus comedebaꝛ vt habeꝛ Exodi xi. Ita isto festo corpus xp̃i a nob dz sumi. primo stando in vera fide scz ꝙ ibi sit verũ corpus xp̃i ⁊ sanguis. secũdo eleuatus ad celũ. i. cũ vera deuotione. tertio baculuz in manib⁹. i. memoriã crucis. quarto calceos in pedibus: ne terreno defiderio aliquo tangat. quito dz sumi festinanter. i. cũ magno cordis dẽsiderio. Sexto cũ lactucis agrestibus. i. cũ magno dolore peccatorũ preteritoꝝ ⁊ presentiũ. Ecce charissimi docemur in isto ãno q̃liter iã isto festo corpus xp̃i a nobis saluberiter debz sumi. Sequitur. ꝙ cuz xp̃s sederet cũ discipulis comedẽdo in mensa suspirando dixit. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum anteq̃z patiar. dico enim vobis qz ex hoc tempe nõ manducabo nec bibam vobiscum donec impleatur regnum dei. vocat hic resurrectionẽ suã regnum dei qz xp̃s post resurrectionẽ suaz cum apostolis manducauit sicut patet Actuum. x. Sequitur cũ autez dñs ⁊ eius discipuli dedissent comedendo ⁊ aliquantuluz come

dissent. Tūc christus surrexit a cena ⁊ fecit omnes discipulos extra mensam sedere ⁊ exuit se superiori tunica sua ⁊ mansit cum vna tunica ad modum seruitoris ⁊ p̄cinxit se vno lintheo mundo ⁊ posuit aquaz in peluim. Et p̄mo venies ad iudam flexis genibus: ante eū lauit pedes iude: ⁊ lintheo tersit ⁊ osculabatur eos vt aliquī dicunt: vt per talem humilitatem reuocaret eum a malo suo ꝓposito. Unde Augustinus. O pessime traditor ⁊ dure ceruicis. Vides enim dominum deum tuū seruientem ad pedes tuos fetidos lauantē genu flexo: nec tamen vllā misericordiam cum eo habes: neq; ei parcis. Leo enim naturaliter parcit ꝓstrato: ⁊ tu nequā crudelior leone es. Postea venit xp̄s ad Petrū ⁊ etiā flexis genibus voluit lauare pedes suos. Petrus aūt videns dn̄m deum suum ante ipsum incuruatuz quem prius dixerat esse filium dei ⁊ volentem ei lauare pedes obstupuit ⁊ clamat dicens. Dn̄e tu lauas mihi pedes: quasi dicat nullo modo cū tu sis deus ⁊ homo: ⁊ ego sum tua vilis creatura. Tunc iesus dixit ei. Petre quod iam facio. s. q̄ lotio ista significat tu nescis modo: scies autem postea. Petrus vero informationem ⁊ magistri sui dignitatez intelligens dixit. Dn̄e tu nō lauabis mihi pedes in eternuz quasi dicat. Licet tu dn̄e rationem habueris q̄ vis lauare pedes meos: tamen ego nolo hoc sustinere ratione mee indignitatis. Respōdit dominus. Petre: si non lauero te non habebis partem mecum.

Tunc Petrus timens perdere sotietatem christi dixit acquiescendo ei. Domine non tantum pedes sed ⁊ manus ⁊ caput. Tunc dominus aperuit sibi ⁊ alijs q̄ ista lotio pedum significat sicut christus Petro promiserat ⁊ dicit. Qui lotus est nō indiget: nisi vt lauet pedes ⁊ mundus erit: hoc est dicere. Qui lot⁹ ē aqua baptismatis sicut vos estis non indiget nisi vt pedes lauet. Et non dico tantuz corpus: sed anime que sunt cogitationes ⁊ affectiones que sepe aut luto mortalium: aut puluere venalium inquinantur. Et hec affectiones ⁊ cogitationes lauantur aqua lachrymarum. Et cum dominus hec verba dixisset Petro lauit pedes eius: ⁊ etiā omniū discipulorū. Quo facto iterum induit se vestimentis suis ⁊ iuit iterum ad cenā cum discipulis suis. Et cum iterū incepisset comedere dixit eis. Scitis quid fecerim vobis: vos vocatis me magister ⁊ domine: ⁊ bene dicitis: sum etenim. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis: ita ⁊ vos faciatis. Et cum hoc dixisset emisit magnum suspiriuz ⁊ dixit. Vnus vestruz me traditurus est. Hoc autem verbum dixit in communi: vt tanq̄ bonus pater ⁊ pastor vt errantem discipulum ⁊ filium a sua malicia reuocaret. Hoc verbum iō etiam dixit: quia nō inuenitur ita sanctum collegium quin possit aliquis malus in eo reperiri. Ex quo vnus ex illis a christo preelectus fuit ꝓditor ⁊ fur. Sed si modo est vnus in vno collegio malus

homines iaz toto ordini imponūt dicentes hoc. Predicatores etiam fecerunt hoc. Nō ita fecit christus sed dixit vnus vestrum me tradet: non vos omnes. Item traditionē suam predixit vt se deum verum ostenderet in predicendo futura: ⁊ vt ip̄m a sua traditione auerteret: ⁊ ad penitentiam incitaret: cuz audiret christum suam traditionem nō latere: sed ille pessimus nō curauit q̄ christus sciret: saltem q̄ alij nescirent. Sic heu multi sunt q̄ modicum curant q̄ deus sciat ⁊ videat eorum peccata dummodo homines nesciant: cum dicat Seneca. Si scirem deum ignosciturum ⁊ homines ignoraturos tamē peccare nō vellem propter peccati turpitudinem ⁊ feditatem. Hieronymus dicit etiam. Si videretis penas infernales ⁊ vilitudinem peccati ⁊ necessario esset me vni immergere potius immergerez in inferno purus a peccato q̄ in vilitate peccati. Sequit. Audientes hoc discipuli: scilicet q̄ vnus ipsorum traderet magistrum ip̄m deuz valde contristabatur de traditione: tū de criminis impositione. Et ceperunt singuli dicere excusando se. Nunquid ego sum domine? quasi dicerent nec ego sum: nec ego. Cūgitur domin⁹ videret eos tristes dixit. Qui intingit manum mecū in parapside hic me traditurus est Iudi tu sacerdos. Nunquid intingis manum tuam in calicem domini. Cur tradis eum cū iuda? ipe in manu inimicorū suorum. i. indignus cōmunicās sacramentuz ꝓpter munera vl̄ ꝓpter timorem ⁊ in mestitatem conscientie. Cur dominum proijcis ⁊ peius es in prio prium vas: immundus xp̄m tradis. Nonne audis xp̄m clamantē. O iudas osculo filiū hominis tradis. Dixit igitur xp̄s. Qui intingit manum mecum ⁊c. Non hoc dixit q̄ voluit iudam manifestare: sz vt ip̄e sic occulte tactus peniteret et traditionē dimitteret: ⁊ ne quis discipulorum ⁊ maxime Petrus occideret eum: qz si Petrus eum sciuisset hoc facturum dentibus euz laceraſſet: vt dicit beatus Augustinus. Hoc etiam dn̄s occulte dixit vt ostenderet occulta ecclesia mala aliorum a nobis nō esse publicanda: qz q̄tumcūq; vera sint tamen ad minus est peccatū mortale ea publicare. O quale peccatum est: tunc alicui falsum imponere retrorsum detractare. Statim enim post verbū dn̄i. s. Qui intingit ⁊c. Omnes discipuli retraxerunt manus suas de parapside. Sed solus iudas temerarius ꝓditor nō retraxit. Videns iesus q̄ iudas nō verecundaretur adhuc nec p̄mo nec secundo predixit sibi penā eternā dicens. Filius quidē hominis vadit sicut scriptū est de illo. s. voluntarie ad mortem. Sed ve hoī illi per quem tradetur: bonum erat illi si natus nō fuisset: qz tunc solus punitus fuisset pro peccato originali. Ecce carissimi iesus predixit iude penam eternam: ⁊ q̄ nec amor xp̄i nec bn̄ficia collata: nec pudor deuinceret: saltem p̄nominata pena deterreret. Heu tales multi sunt quib⁹ nec amor nec beneficia dei: nec pudor hominum: nec vilitas

peccati possunt revocare a peccato ad penitētiam. ¶ Sequit. Tunc iudas dixit. Nunquid ego sum rabi: ne. s. suspectus haberet si tacuisset. Respōdit iesus. Tu dixisti: quasi dicat: si tu es hoc bene scis. tamē nolo te accusare. ¶ Sequit. Tunc verecundati sunt discipuli cupientes scire de quo dixisset hoc Petr⁹ dixit Joanni qui tunc iacebat sup pectus dñi vt ab eo peteret: quis nam esset eū traditur⁹. Sed Joānes distulit hoc q̄rere donec xp̄us instituisset sacramenta. Tunc dñs accepit panem de mensa. s. vnā bonam bucellam ⁊ eleuauit eam in alto corā omnibus respiciens sursum ⁊ patri gratias agēs sicut homo. Deinde panem sua benedicta manu benedixit ⁊ fregit in duas partes vnam a dextris ⁊ aliam a sinistris porrigens discipulis suis: et dixit. Accipite ⁊ comedite ⁊ diuidite inter vos. Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. Et his verbis completis ille panis conuersus est in corpus christi: ita q̄ corpus suum habebat suis in manibus sub forma panis. Et discipuli acceperunt illud de manibus suis ⁊ diuiserunt inter se ⁊ comederūt. Postea dominus accepit cyphum cum vino mixtū aqua quā habebat ante se: ⁊ dedit illis dicēs Accipite ⁊ bibite ex hoc oēs: hic est calix sanguinis mei noui ⁊ eterni testamēti qui pro multis effundetur. Hoc enim quotienscunq̄ feceritis in mei memoriam facietis. ⁊ statim completis verbis illud vinum conuersum est in sanguinem christi verum. Et sic ordinauit hec duo sacramenta: scilicet eucharistie ⁊ ordinis: ⁊ quia omnes fecit sacerdotes ⁊ etiam iudas Ecce iudas similis cuculo qui in hyeme fouetur ⁊ in estate enim culus interficit. Similes iude in hoc plures sunt. Nota bene. ¶ Sequitur. Tunc Joannes qui prius audierat hoc verbum a christo: scilicet vnus vestrum trader: inclinauit se supra pectus domini ad rogatum Petri: ⁊ dixit domino. Domine qui est quis te tradet. Tūc dixit illi dominus secrete in aure. Ille est cui intinctum panem porrexero. Et tradidit iude scarioth. Et statim postquā recepit iudas bucellam intrauit in eum sathanas. Sic etiam multi sumunt sibi eternam damnationem cum sacramēto qui stant in proposito nō dimittendi peccata. Et tunc dixit iude scarioth. Quid facturus es fac citius: quasi dicat. O q̄ maximum desiderum habeo expedire de vita ⁊ redimere humanum genus per meam mortem. Ideo dixit fac citius. Nemo enim discipulorum sciuit quid hoc diceret. Omnes enim putabāt q̄ dominus iude aliquid imperasset pro pauperibus ex eo q̄ procurator erat. ¶ Sequit. Tūc iudas statim surrexit ⁊ exiuit ad iudeos qui tunc congregati erant: vt iesum caperent. Dicūt aliqui q̄ beata virgo Maria non interfuit cene quod nō fuit decens q̄ suam dilectissimam matrem quam sciebat in maximo dolore debebat dimittere: ⁊ de vltima cena sua eam

excludere: sed postq̄ cenauit remisit eam cum comitibus suis ad domum matris Joannis euangeliste: quia noluit q̄ ipa audiret eus loquētem de sua traditione. ¶ Sequitur q̄ cum iudas exiuisset Jesus tremebunda voce dixit. Omnes vos scandalizemini in me hac nocte. Scriptum est enim percutiam pastorem ⁊ dispergentur oues gregis. Tunc Petrus ait illi. Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunq̄ scandalizabor. O petre quid dicis: tu contradicis christo qui dixit omnes scandalizari. Et hoc confirmat dicto prophetico et tu dicis q̄ nō cum propheta dicit q̄ omnes dispergētur oues. O petre tu nimis confidis in teipso: tu es similis cani qui est super stercus sum. O petre attende quid dicit Paulus. Qui se existimat stare videat ne cadat. Cui christus respondit. Amen dico tibi petre: quia non cantabit gallus bis antequam terme negabis. Cui petrus. Et si oporteret me mori tecum non te negabo. Ecce enim duo gladij: similiter ⁊ omnes dixerunt. Vi enim: duo gladij fuerunt duo magni cultelli quos habuerunt pro occisione agni paschalis: quib⁹ dominus respondit. Satis est: quasi dicat pauci sunt indigemus armis: q̄ nolo pugnare: sed voluntarie mori pro genere humano. ¶ Notandum tamē hic est q̄ Petrus tripliciter peccauit in sua respōsione. Primo quia contradixit christo. Secundo quia se alijs pretulit. Tertio quia sibi ipsi attribuit non posse cadere. Quot sunt hodie in mundo qui domino iesu cum Petro multa promittunt facere: sicut virgines vidue ⁊ multi alij dum sunt in periculis: sed in soluendo deficiunt: sicut postea Petrus fecit. Vide nota ⁊ dic exemplum sancti Michaelis. Qui percussit sancto Michaeli vaccam cum vitulo in periculo mortis: sed dum venerat ad terrā dicit hos versus. Vere sancte Michael. Sic heu iam sunt plures petri deo multa promittentes cum Petro: sed minime soluentes cum sint secure. ¶ Sequitur q̄ statim christus condidit suum testamentum tanquam pius pater suis filijs videns se appropinquare morti. Hoc autem testamentum nō fuit de rebus temporalibus quia nihil habuit: sed de spiritualibus: scilicet q̄ haberent pacem inter se et fraternam dilectionem: ⁊ q̄ predicarent veritatem non timendo aliquem ⁊ q̄ essent constantes ⁊ patientes in tribulationibus ⁊ multa alia que habētur in sermone dominico quam eis in eadem domo predicauit. O q̄ pauci sunt qui istud sanctissimum testamentum bene seruant: scilicet illi qui nō habent pacem inter se: vt sunt monachi moniales lombardi vir ⁊ vxor domini terreni ⁊ ciues in ciuitatibus. Et ideo multa mala euenūt inde. iuxta illud. Omne regnum in se diuisum desolabitur. ¶ Sequit. Postq̄ edidit suū testamētū in sinone dñico dixit. Surgite eamus hinc. ¶ Seqt. Egressus est q̄ iesus ciuitatē cus discipul' suis: q̄

iam nox erat trans iordanem cedron vbi erat ortus vbi christus introiuit & discipuli eius. ¶ Nota q̄ extra hierusalē est mons oliueti plenus cedris & in pede montis torrens & vltra illam ortus in quem iesus semper cum discipulis solebat introire ad orandum in q̄ xp̄s illa nocte fuit captus. ¶ Dic queri potest quare christus potius capi voluit in orto q̄ in ciuitate. Et potest duplex ratio assignari. Primo quia adam in orto paradisi fuit captus: ideo etiam xp̄us volebat capi in orto vt satisfaceret prophete ade. Nam sicut adam comedens fructum sibi prohibitum dignus fuit puniri morte furis: ideo xp̄s tanq̄ fur in ligno crucis suspendi voluit vnde ipse in psalmis que non rapui tunc exsoluebam. Secundus cibus quem adam sumpsit transiuit in nutrimēto corporis & sanguinis sui. ideo christus etiam volebat in suo corpore pati & sanguinem fundere vt satisfaceret pro peccato ade. Tertio adam post peccatum fuit condemnatus ad mortem ideo vt xp̄us satisfaceret voluit signari & cōdemnari ad mortem a pylato. Quarto adam fuit expulsus ex paradiso. sic xp̄s volebat expelli de hierusalem ad montem caluarie. Quinto quia adam fuit nudus quando peccauit: ideo christus volebat suspendi in cruce nudus. Sexto adam in comedendo fructus sensit dulcedinem: ideo christus volebat felle et aceto potari. Septimo adam quādo a deo reprehendebatur abscōdit se sub arbore crucis, sic christ? satisfecit pro peccato commisso in paradiso per suam passionem et mortem vt nos per suam satisfactionem introduceret in paradisū eternum. Secundo christus volebat in orto capi in signum q̄ in orto deliciarum tam multi capiuntur. quod fieri maxime solet post festum pasche: quia dubito q̄ tunc christus ex toto negligetur. ¶ Sequitur q̄ cum iesus sic esset in orto dixit discipulis suis. Sedete hic donec vadam & orem. Et assumptis iohanne iacobo et petro. In signum q̄ qui vult orare debz secum assumere petrum qui dicitur agnoscens. s. quem suis peccatis offendit. quem perdidit & quanta sint eius peccata. Secundo debet secum assumere iacobum qui supplantator interpretatur: quia debet supplantare omnia ista mundana. Tertio debet secum assumere Johannem in quo est gratia. oz enim esse in gratia: quia deus peccatores nō exaudit. istos tres xp̄s assumpsit tanq̄ suos secretarios: vt ipsi essent socij tribulationuz q̄ & socij fuerunt in gaudio scilicet in monte thabor vbi ipse transfiguratus fuerat ante eos in quo mōte ipsi tunc erant in magno gaudio. ¶ Sequitur & dicit eis q̄ incepit contristari & mestus esse dicens. Tristis est anima mea vsq̄ ad mortem sed propter meam durissimam passionem quam ego sustinebo: quia prestant tam acerbe passionis sue flagella & vulnera & mors amarissima in multis miseris & obstinatis peccatorib? frustrari deberz, hec Dieronymus in

recogitando istum articulam stadeat homo semetipsum contristari cum gemitibus compatiendo christo de sua tristicia propter nos assumpta. Et si in aliqua aduersitate vel turbatione ficiuat cū tristicia vel aduersitatibus christi vt ex vnione ipsarum dulcescant & in summa patientia redoleāt. Eamē propter vestrum magnum casum quia me solum dimittitis tum propter Jude eternam damuationez Unde dicit Bernardus. O homo vbi erat iam aliquod signum letricie: vbi iam ille contristatur vsq̄ ad mortem in q̄ est omne gaudiū ¶ Sequitur. Sustinete hic & vigilate mecum. Et ingressus pusillum quantum tactus est lapidis ad ostendendum q̄ ille qui vult orare deuote debet se separe a malis cogitationibus. Nota q̄ miles intrabit bellum nisi prius bene armatus. Sic xp̄us intrando bellum mortis sue armauit se deuotis orationibus. Et sic etiam cum christo nos facere debemus: quia arma contra tentationes diaboli sunt deuote orationes. ¶ Sequitur. q̄ flexis genibus in terra orabat sic ad patrem dicens. Pater mi omnia possibilia tibi sunt. si ergo possibile sit transeat a me calix iste. Ecce charissimi. christus fecit sicut infirmus. infirmus enim inuitus bibit medicinam amaram quantum ad os. Sed quantuz ad rationem sperans hac potione ab infirmitate liberari libenter bibit. ¶ Sic quantum ad corpus fuit de christo: quia quantum ad corpus libenter euasisset mortem. Sed quantum ad rationem libenter sustinebat: quia mors sua fuit vita peccatorum. ¶ Sequitur q̄ cum sic oraret incepit tremere in omnibus membris maximo tremore ita vt omnia ossa eius poterant audiri pre nimio concussione tremore, & sic pre nimio timore mortis sudauit ex omnib? mēbris: suis sanguinem & aquam: qz aqua versa est in sanguine ex tōre. Nec mirum dicit Bernardus: quia vt preuidit deus omnia que passurus erat verbis & factis. hec eūz omnia fuerunt sibi presentia & pre oculis: ac si omnia in corpore sustinuisset. Unde Augustinus O q̄ amara erat mors cuius sola premeditatio cogit christum sudare aquam & sanguinem: & q̄ frigidum erat peccatum quod tam calido indiguit lauacro? Dicreticat beatus bernardus fuisse magnam disputationem inter amorem mortis & timorem: & dicit. cū igitur christus flexis genibus in terra iacuisset orando patrem accessit ad eum mors & dixit. O bone iesu quid modo vis facere. Cui respondit amor. Volo pro homine mori. Cui mors. Bona opera tua & minima gutta sāguinis tui & sudoris absq̄ morte sufficeret p redemptione generis humani. cui amor. Et si ista sufficerent tamen vt amorem meum valeam homini ostenderevolo mori. Cui mors O christe expecta adhuc per trigīta annos. Nam tunc anima tua facilius soluetur a corpore tuo et cum minori pena. Cui amor. Tandiu expectaui q̄ fere traditus suz

obliuionē: ideo si diutius expectarem nimis dolerent amici mei scz patriarche ⁊ prophete ⁊ adam q̄ meum aduentum et meam mortem expectant et eam predixerūt. sicut iohannes baptista qui ō me dixit. Ecce agnus dei ecce ⁊c. Et ideo vt ipsi veraces inueniantur volo omnino mori. Cui mors. Et ista moueant te. O bone iesu. respice saltez matrē tuā z in qua implebitur illud qō dixerat ei symeon. Et tuam ipsius animam doloris pertransibit gladius. Qui iesus tunc quasi totus victꝰ a morte. Sed amor veniens spirauit et dixit in euangelio. qui non diligit me pluscz patrem ⁊ matrem non est me dignus. Ideo potius volo mori ⁊ meam matrem breui tempore contristari: cz perdere totum genus humanuz. Et sic victa morte dixit ad patrem suuz. Pater nō mea voluntas sed tua fiat. Vic dicit egesippus q̄ quando christus in oratione sua sudauit sanguinē cum aqua ab angelo fuit confortatus verbo ⁊ facto ⁊ dixit. q̄ gutte currentes in terram verse sunt in septem nobilissimis ⁊ dulcissimis floribus qui fuerunt. Rosa rubea. Rosa alba. Viola. Et solsequium. Et angelus fecit de illis septē floribus sertuz qō posuit super caput iesu. in signum quia tūc erat sponsus anime: ⁊ odore florum iesus confortatus est facto. Verbo confortauit euz dicēs. Ō stans esto domine: quia tua morte liberabis totum humanum genus. Et sic verbo confortatus est

¶ Sequitur. Tunc surgens ab oratione venit ad discipulos ⁊ inuenit eos dormientes. Ecce charissimi qui prius cum eo mori volebant modicum cum eo vigilare non poterant. Tunc increpauit petrum ⁊ dixit. Symon dormis: nō potuisti vna hora vigilare mecū. quasi dicat. O petre non apparet stabilitas tua. dixisti enim in mensa q̄ velles pro me mori: ⁊ ita nō posses modicum mecum vigilare quod tamen dissimile est vigilare ⁊ mori. ¶ Vic nota q̄ precipue arguit Petrum de dormitione cz alios. ad ostendendum q̄ prelati sunt magis arguendi dum peccāt cz subditi: quia petrus erat caput ecclesie ordinatus. Et etiam prelati magis peccant cz subditi qui curam habent animarum. Sic etiaz arguendi sunt predicatores verbi dei: ⁊ magni clerici qui multa sciunt ⁊ predicant: tamen hoc quod sciunt ⁊ predicant ipsi nō implēt facto quod alijs docēt verbo: quia petrus agnoscens interpretatur.

¶ Sequitur vigilate ⁊ orate ne intretis in tentationez. i. ne propter tentationis timorem separemini. Spiritus quidem promptus est: caro autem infirma. ¶ Vic nota quod est de spiritu ⁊ carne sicut est de simea habente truncum ad collum. que quando fugatur vult ascendere arborem. sed truncus nō permittit. Sic fuit de christo. Vic dicit Bernardus. Erubescat nunc homo qui iaz ista hora requiescat in lecto suo cum iam christus rex suus vigilet ⁊ pugnet in campo pro eo. verecundetur qui iam rideat ⁊ letatur cum iaz rex celi ⁊ ter

re vscz ad mortem contristetur.

Sequitur ⁊ relictis illis abijt secundo ⁊ orauit eundem sermonez vt prius. Et iterum venit ⁊ inuenit suos discipulos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. ⁊ nescierunt quid respondere ei. ⁊ nihil dixit eis. Sed tertio abijt et orauit tunc specialem orationem ad patrem. s. Saluū me fac domine deus: quoniam intrauerunt aquevscz ad animam meaz. Et iteruz tertio venit ⁊ inuenit eos dormientes. Orauitcz vt ostenderet q̄ oratio debet procedere a corde. secundo ab ore. tertio nihil aliud petere nisi dei voluntatem. nō bona temporalia necz vindictam.

¶ Sequitur. q̄ compassus est eis dicens. Dormite iam ⁊ requiescite. non videtis quomodo Judas non dormit sed festinat me tradere iudeis. Tunc posuit se iesus nudus super terram cum eis: ⁊ lapidem sub capite suo: vt cos prouocaret ad quietem. Et cuz modicuz sic iacuisset dixit. Sufficit hec ijs. Surgite ecce appropinquat q̄ me tradet in manus peccatorum iudeoruz. ⁊ hec eo loquente. Ecce iudas proditor venit in orto cuz cohorte militari accepta datacz a p̄ fide ⁊ cuz magna turba peditū armatorum cum gladijs fustibus ⁊ facibus ⁊ laternis vt necz fugeret necz occultaretur quem ab omnibus videretur. Et ipse iudas p̄ditor antecedebat eos. sed videte O charissimi dolosi tante istius falsi proditoris vt aliū preter christuz non caperent dedit eis signū dicens. Quemcunqz osculatus fuero ipse est tenete eum ⁊ ducite eum caute. Hoc signum iudas dedit eis propter tria. Primo propter iacobum minorem qui erat christo similis: ne deciperentur in persona dedit eis tale signum. Secūdo vt tenerent modum qui a xpō ⁊ a suis discipulis semper tentus fuit. consueuerant se inuicez osculari quando veniebant simul. Tertio in signum q̄ oscula huius mūdi sunt falsa ⁊ proditiosa: vt fertur. i. Regum. ij. q̄ Joab osculando amasam dicit. Salue mi frater: ⁊ a tergo interfecit euz. Augustinus. O maledicte Juda quomodo ausus es dare documētū mortis ⁊ traditionis contra magistrū tuum qui tibi dat tot documenta amoris. hoc enim non didicisti in scholis magistri tui christi. ¶ Sequitur. Et abijt iudas ad Jesum dicens. Aue rabi. et osculatus est eum. O quot sunt adhuc hodie iudei qui in receptiōe corporis christi christum osculantur: ⁊ statim tradunt in manibus inimicorum suorum: scz multorum peccatorū Sicut sunt scholares qui iam isto festo accipient corpus christi ⁊ infra octo dies tradunt christum ipsum expellendo preteritis peccatis. Sed heu qō peius est ⁊ multum dolendum hodie aliqui sacerdotes quotidie celebrant ⁊ in domo sua habent suas concubinas ipsas osculando ⁊ turpiter cū eis viuentes. Contraq̄s hieronymꝰ. Quid tibi cuz femineis qui cū domino fabularis: dic mihi tu sacerdos quomodo ausus es osculari filium veneris eisdez labijs quibꝰ

oculatus es filiumvirginis. O miser sacerdos attendas paulis per tuam dignitatem ⁊ dic cū beato Bernardo. O quis vncz audiuit talia vel vidit huic similia. q illequi creauit me fine me dōit mihi(si fas ē dicere)creare se. Quid igitur tu cum facis ⁊c. O sacerdos attende adhuc tuam dignitatem ⁊ potentiam pre angelis:quia qō tu facis manibus tuis angeli adorant ⁊ te conficienti tancz tui ministri assistunt. Ecce charissime sacerdos cpta tua dignitas. Dicūt enim doctores q si esses excōmunicatus vel degradatus vel hereticus ⁊ infinitis peccatis mortalibus inuolutus tu tamen si seruares modum ecclesie ⁊ haberes veram intentionem cōficiendi: tu ita veraciter conficeres sicut sanctissimus sacerdos mundi. Unde Aug⁹. O sacerdos quanta reuerētia puritate tremore ⁊ timore deberes accedere ad illud sacrosanctum sacramentum: ad qō hodie accessurus christus in cruce sudauit sanguinem cum aqua pre angustia. Marcus euange. ne presbyter fieret abscidit sibi pollicem: timens ne esset dignus tanto officio ⁊ sanctissimo. tamen postea cōpulsus per apostolos recepit sacerdotium. O presbyter attende etiam tuam dignitatem ex tui nominis interpretatione. Presbyter enim dicitur quasi alijs prebēs sacrum iter. Sed heu mutatus ē color optimus qz(vt mihi videt) in presbyter dr melⁱ quasi pre alijs bibens ter ⁊c. vt supra dictum est. Unde Hieronym⁹ dicit ad dñm Heu mihi domine quid dicam hodie sacerdotes te comedunt in altari vt carnes pecudum ⁊ de nocte agūt cū mulierib⁹ actuz turpissimū vbi dñe latitas dormis aut vigilas: ⁊ tibi hoc susceptū sacrificium exaudias etiam pces. eorū vere domine si hoc velles sacrificiuz mendax fieres ⁊ socius peccatorū Dico domine q hoc impedimentū sacrificiū est ne fiat cuius sacrificium in se sit bonum: nec potest violari a malis sacerdotibus: qz malicia eorum diudicat sacrificiū: sed huiusmodi sacrificium fit ad illⁱ sacerdotis preiudicū ⁊ eternaz dānationem: nec p quibus fit pdest immo vt breuissime dicaz q vicia huiusmodi sacerdotis cognoscit: ⁊ p se celebrare facit fit in eisdē peccatis cōscius ⁊ pene sue particeps Nec hiero. in tractatu quem cōposuit in lecto egritudinis. Ideo dicit beatus Thomas in suis quolibetis: q quicūcz audit missam alicuius sacerdotis habētis publicā fornicariam scienter talis peccat mortaliter: qz tunc facit cōtra pceptum ecclē: nec etiā sacramenta debent sumi a tali sacerdote: nec etiā ī magna necessitate. istō exīsse habetur in iure ⁊ in decretalib⁹ ⁊ determinatum. Nicolaus papa. Leo papa. Alexāder papa. Gregorius papa ⁊ Urbanus ⁊ sanctus Thomas in summa ⁊ Rymūdus Vostiensis Joannes in summa penitentiam istorum habentiū publicas fornicarias taceo ne ppls scandalisetur. Sequit in textu q iesus accapiēs oculū a iuda dixit. Amice ad qd venisti. Ecce amica miseri

corditer vocat traditorem amicuz ⁊ sic erat. Sed amicitia ex parte iude claudicabat. quasi dicat xp̄us. Ecce iudas iam voluntatem tuaz ⁊ promissionem perfecisti preciuz tuū recepisti ⁊ iam in manus iudeorum tradidisti. tamen si vis volo esse amicus tuus libenter. si autez penitere volueris ⁊ adhuc oīa peccata tua remittaz tibi: sed maledictus iudas noluit penitere. hoc ē contra perseuerantes in peccatis. Sequitur. tunc iesus dixit. Juda osculo filiuz hominis tradis. quasi dicat. signū amicitie mihi ostendis ⁊ cuz eodem signo tradis me. Sequitur q tūc iudas non respōdit ad verbum xp̄i sed traxit se aliquātulum ad vnā partem. Videns autem multitudinē armatoz contra se venientem iuit obuiaz eis ⁊ dixit. Quē qritis. Ecce natura leonis. Leo dum venatur verecundiam fugere reputat. ⁊ ido in planū se ponit. sic fecit xp̄s. At illi dixer̄t. Jesum nazarenū. Tunc dixit eis. Ego sum. Et audita eius voce nō poterant hoc dulce nomen audire sed abierunt omnes retrorsuz ⁊ ceciderunt in terrā oīs sup facies suas. vnde aug. O qntum poterat iudicaturus qui tm̄ poterant iudicando qñ dicit. Jte maledicti. Iterz eos interrogauit. Quē queritis. Nō quasi ignorans hec quesiuit: sed vt per vocem eius cognoscerēt. Et illi rursum responderunt. Jesuz nazarenuz. Tunc dixit eis iesus. Dixi vobis quia ego sum. si ergo me queritis finite hos abire. Quod ē contra illos qui accusant innocentes infinitas tribulatōnes. Iterū quando surgunt modicū se emendant. Sequitur qz tunc accesserūt ⁊ manus iniecerūt in iesum ⁊ ligauerunt manus eius post tergum tancz furem ⁊ latronē ita fortiter q sanguis per violentiā exibat de vnguibus: vt dicat beatus augustinus. O si sic permisit se ligari. ⁊ capi a iudeis pessimis quare nō p mitteret se modo capi in isto festo sanctissimo a cordibus fideliū devotoz. Sequit. tunc xp̄s dixit eis Tancz ad latronē existis cum gladijs ⁊ fustibus comprehēdere me Quotidie eram apud vos docens in templo ⁊ nō tenuistis me: sed hec est hora vestra ⁊ potestas tenebrarum scz demonū. Videns autē petrus q iudei magistrum suū tam inmisericorditer tractauerunt: ⁊ q ipse se sic humiliter haberet dixit ad iesum. Dñe si percutim⁹ in gladio. Sed antecz xp̄s responderet ipse percussit vnum de seruis pontificis: cui nomen malchus ⁊ amputauit auriculam eius dextram credens sibi amputare caput. Tūc dominus redarguit petruz decēs. Cōuerte gladium tuū in vaginā. Omnis enī qui gladiū accipit: gladio peribit: scz eterne dānationis. hoc est qui abscz iudicio suam causam pugnauerunt: qa raro videt q ifti pugnatores: scz occisores in lectis suis non moriūtur. Sequitur. Calicez quē dedit mihi pater non vis petreyt bibam illum? aut putas petre q non possum rogare patrem meū ⁊ exhibebit mihi modo plusz duodecim legiones angelorum. Quomō igitur implebūtur scripture: qz sic opz fieri: scz q

ego moriar pro homine. Sequit. Tunc dñs accepit auriculaz ⁊ sanauit eū. propter qđ miraculū miseri iudei adhuc non crediderūt: qz ira obstinati erant ꝙ nullus bonū in eis habebat locus. Sequit. Videntes autem discipuli ipsum captum omnes fugerunt. dicit autē ꝙ iohānem ceperūt qui relicto pallio nudus fugit ab eis. O vbi sūt qui in cena volebant mori cum eo dum haberent pedes sub mensa sua. O quot sunt adhuc hodie cuz habent pedes sub mensa multa ꝓ mittunt ac si essent maximi amici: sed tempore aduersitatis nihil inde sciunt: sed talem sonū ꝓmittūt Ideo quidam dicit hos versus.

Tempore felici multi numerātur amici. Dum fortuna perit nullus amicus erit. pro certo. Est naz cursus mundi. Sequitur ꝙ petrus ⁊ iohānes sequebantur euz a longe. Et quia nox erat non potuerūt bene videre. Sequitur. tunc duxerūt iesum ligatis manibus ad terguz ⁊ funem in collo ad domū anne q̄ erat socer cayphe qui alternatim emebant episcopatus symoniaci. Nota tam contra ementes ꝓmotiones ⁊ prebendas omnes isti sūt symoniaci. Sequit ꝙ petrus ⁊ iohānes sequebantur iesum. Ex iohānes introduxit petrū ad rogatū ancille hostiarie: qz ipse iohannes erat notus pontifici eo ꝙ solebat portare pisces: ⁊ sic ptz quō xp̄us fuit capt⁹. ¶ Tertius punct⁹ ostendit eius accusationē ⁊ ꝓcussionez. Ideo sequitur. Veniens iesus ad annā quesiuit ānas duo ab eo. primo de discipulis suis: scilz quales essent. secundo de doctrina ei⁹ quā docebat vt scz; haberet vnde eum posset accusare: quia aliunde nullum crimen poterant obijcere. De discipulis christus omnino tacuit: quia nullū bonuz poterat d̄ eis dicere. Sed de sua doctrina rñdit dicens. Ego palam locu in synagoga vbi omnes iudei conueniūt ⁊ in occulto locutus sum nihil. Nota ꝙ doctrina angularis est suspecta ⁊ prohibita in iure qz multa mala exinde veniunt. sicut ē doctrina. Omnes enim siue sint monachi siue moniales siue Begude siue sorores vel fratres tertie regule docentes in angulis non manifeste legentes vel predicantes habuimus libros theutonicales omnes isti sunt excommunicati ⁊ damnandi sicut heretici. ¶ Sequitur. Quid me interrogas. interroga eos qui me audierunt. ipsi enim sciunt quid locutus sum ipsis. Et cum hoc dixisset vnus assistēs ministrorum dedit alapam Jesu dicens. Sic respondes pontifici.

¶ Sequitur. Si autez male locutus fuz testimoniū perhibe de malo. Si autez bene quid me cedis. i. iniuste. Un Crisostomus. O bone iesu cū patienter sustines in teipso ita acriter punis in discipulo tuo. s. thoma. Nota de manu que percussit thomā hoc est contra illos siue religiosos siue non qui tā breuiter murmurāt ⁊ seipos vindicare nituntur. ¶ Sequit ꝙ petr⁹ q̄ erat iam in domo anne audiēs ictum xp̄o in maxilla datū timuit valde ne sibi ꝑ idē accideret. ⁊ tūc ancilla hostiaria q̄ ipz ad rogatus

Joannis introduxerat dixit Petro. Nūquid tu es ex discipulis hominis istius: quasi diceret. Si tu es fuge ne forte tibi cōtingat sicut magistro tuo. Respondit Petrus Non sum: ⁊ statim gallus cantauit: sed Petrus pre timore perterritus nō aduertit. O petre vox tua valde cito citata est. O quid naz factuz est tibi ꝙ cito negas dominū tuum pro quo volebas mori. Non est miles qui te interrogat laureatus: sed paupercula ancilla nuda fragilis: ⁊ flagella tormentaq̄ sensisti: ⁊ tamen ad vocem puelle que etiam ex timore loquebatur ⁊ que fuit. Dominum tuuz negas. Non quesiuit si discipulus es seductoris ſz hominis istius: quasi habēs compassionē cum eo: ⁊ etiam tecū. Ecce carissimi q̄ periculosum est stare in curijs dominorū. Petrus autem semel curiaz intrauit: ⁊ ibi tamē dñm negauit. Quid igit fuisset si ibi diu mansisset. Miseri igitur sunt qui castra sequunt. ¶ Sequitur ꝙ tunc amas misit iesum ligatum ad cayphan: in cuius domo iam cōuenerāt maiores iudeorum cōtra iesum: ⁊ hoc fuit contra mediam noctem coram quo iudei accusabāt eū in oibus quibus poterant. Petrus aūt adhuc sequebatur dñm vt videret finem ⁊ intrauit cū armatis qui ducebant dñm i domo cayphe: ⁊ posuit se ad ignē cum alijs qz frigus erat ⁊ vna mulier intuita est eum nihil dicens: sz alijs dicebat. Nonne iste vetulus est de discipulis istius hominis: ⁊ illi ribaldi qui erant iuxta ignem ceperunt respicere Petrum. ⁊ dicere. Vere tu ex illis es: quia loquela manifestum te facit. Tunc Petrus plus timuit ꝙ primo ⁊ cepit cum iuramento negare ꝙ non nouisset hominem. Tunc cognatus illius cui Petrus absciderat auriculam qui erat iuxta ignem audiens hoc. dixit petro. Quomodo mendax hoc negare poteris ⁊ dicere. Nonne ego te vidi in orto cum illo quando cepimus eū: tu es qui amputasti auriculam cognato meo malcho. O petrus tunc timuit nō miror. Tunc cepit petrus anathematizare ⁊ iurare quia nō cognouisset hominem. Dicit enim maledictus sum ego si vnq̄ fuerim discipulus. O petre vbi iam est promissio tua. O q̄ plures sunt hodie petri qui in aduersitatibus nō recordantur beneficiorum dei ⁊ amicorum. ¶ Sequitur. Et statim gallus cantauit. Ecce carissimi hic verificatur dictum Gregorij dicentis. Peccatum quod cito per penitentiam non deletur: statim suo pondere ad aliud inclinat. petrus primo negauit christum simpliciter. secundo cum iuramento. tertio cum detestatiōe. Chrisо. O petre q̄d dicis modo: quondā dixisti magistrum tuū ipm esse filiū dei viui ⁊ iā dicis nō noui hoiem. Hic enim pōt quis querere quare xp̄s pmisit petruz ita grauit cadere i petrū cuz tū eet p̄nceps apl̄oz. ē triplex rō. p̄ma vt nemo de se nimis p̄sumat sicut fecit petr⁹ dicēs. ⁊ si oēs scādalizati ⁊c. scda vt p̄lati ⁊ cōfessores quoz petr⁹ fuerat p̄mus habeant ꝓpassionē ꝺ petrib⁹. tertia vt pcōres de dei mia nō desperent

¶ t inp.

rent cuꝫ petrus per lachrymas: sit receptus ad magistrum. ¶ Sequitur. audiens aũt xp̃s ꝙ petrus eũ sic ꝛ iuramento ꝛ detestatione negasset oblitus est oĩm miseriaruꝫ dolorum ꝛ compassionũ suarũ et respexit petrũ quasi diceret. recordare petre qđ dixeram: scꝫ in cena quia anteq̃ gallus ꝛc. ¶ Sequit. ꝙ petr⁹ exiuit foras ꝛ fleuit amare. Hic nota ꝙ tria fuerunt prouocantia petrũ ad penitentiã. primũ fuit cant⁹ galli. scõm respectio domini. tertiũ recordatio verbi dñi. Hec tria spũaliter inducunt hominẽs ad pniam ꝛ contritionem. per cantũ enim galli intelligitur auditus verbi diuini siue cãtatio prædicatoris. vnde ysa. ppheta. Sicut ros descendit de celo ꝛ inebriat terram ꝛ germinare eam facit. sic verbum qđ procedit de ore non venit ad me vacuũ. secũdo ꝑpter respectionẽ dñi intelligitur infusio gr̃e diuine. Ezech. effundã sup vos. i. in vos aquã mũdam scꝫ infusione gratie mee ꝛ mundabimi ab oĩbus inquinamẽtis vestris. tertio per recordationẽ verbi dei intelligitur recordatio beneficiorꝫ dei. s. ꝙ misit filium suuꝫ vt nos morte filij sui ab eẽna morte liberaret. hec tria spũaliter inducũt hominẽ ad penitentiã ꝛ contritionem ꝛ ad fletuꝫ cũ petro. iste enim fletus petri est contra illos qui nullam contritionẽ habent de peccatis suis. nec vnq̃ emittunt vnã lachrymã pro peccatis suis qui tamẽ xp̃m septies in die negant: qꝫ quotiens peccant totiens xp̃m negant. et dicit ꝙ petrus tunc nõ soluꝫ fleuit: sed semper post hoc quãdo galli vocẽ audiebat flebat: quia tunc recordabatur se negasse xp̃m. vnde augustinus. Si petrus ꝑ terna negatione toto tempore vite sue tantũ fleuit: quid nos miseri dicturi sum⁹ qui non ter sed centies xp̃m in die negauimus. ¶ Sequitur. ꝙ post recessum petri sũmus pontifex. s. cayphas ꝛ seniores querebant adversus iesum testimoniuꝫ vt eum morti traderent. ꝛ non inuenẽtes scꝫ in vita suavt possent eum accusare. Ideo surrexerunt duo falsi testes non recordãtes qđ in lege eorum scriptum sit. Exodi. xx. Non falsum testimoniũ dices. Et qꝫ qđ pro falso testimonio nõ opꝫ longe ire. Ideo sequitur ꝙ statim venerunt duo falsi testes ꝛ dixerunt eum: dixisse destruã templum dei ꝛ in triduo ædificabo illud. duos eñ adducunt vt scꝫ legem seruare videant. que dicit Deutro. xx. Nõ stabit testis vnus contra aliquẽ: sed transgrediũt legem qui falsos adducunt. falsitas istorum testiuꝫ manifestatur in tribus. Primo in mutatione verborꝫ xp̃i. qꝫ nõ dixit Ego destruam templum: sed dixit soluite templum. Secũdo in additione: qꝫ ipsi addiderunt dei. Tertio ex intentione apparet falsitas eorum: qꝫ non eodem sensu quo dom⁹ intendebat. nã dixerat et intẽdebat de templo corpis sui. Ipi eñ intendebant de templo materiali. ¶ Et ideo sequitur. qꝫ cõueniẽs non erat testimoniũ illorꝫ volebãt eñ ex hoc concludere ꝙ postea sibi etiam obiecerunt corã pylato ꝙ ipse dixerat. se esse deum qui tam

subito ꝛ mirabile opus poterãt restaurare ꝛ ex hoc meruisset mortẽ quia lex eorꝫ iudicabat omnes tales ad mortem qui dicebant se esse deos. Sequitur. his auditis cayphas interrogauit xp̃m ex deo ꝙ tacuit ꝛ nihil respõdit. Quia ẽm augu. aperta mendacia non sunt responsione digna. Quesiuit igitur cayphas. Nihil respondes ad ea q̃ tibi obiciũtur. Ad hꝫ autẽ iesus tacuit: qꝫ sciebat ꝙ verbis suis nõ crederent. Tunc iratus xp̃m compulit respondere vt ex sua responsione posset habere vnde eũ posset accusare. ꝛ dixit. q. d. Tu semp solebas habere tantã linguã ꝛ solũ verbũ non iam vis respondere. Jõ adiuro te per deum viuũ vt dicas mihi si tus es xp̃s filius dei benedicti. Christus autem adiuratus ne nomen dñi spernere videret respondit. Si dixero vobis non credetis mihi. hoc eñ scitote qꝫ videbitis filium hom̃is sedentem a dextris virtutis dei ꝛ venientem in nubibus celi. Sciebat eñ xp̃us ꝙ caypbas ex responsione xp̃i volebat concludere ei⁹ condãnationeꝫ ideo eum ꝑ futurũ iudicium cõminatur vt sic desistat a malo ꝓposito. q. d. licꝫ me ignominiose tractatum ꝛ quasi hoĩem prauũ ꝛ peccatoreꝫ condẽnetis: tamen dico ꝙ videbitis me venire ad iudicium dei vos iudicare ꝛc. Sequit. caypbas audita eius respõsione cũ magna indignatione scidit vestimẽta sua dicens. blasphemauit. Consuetudo eñ iudeorum scindere vestimẽta blasphemia iudicum: q̃ blasphemia ẽ attribuere creature qđ soli⁹ dei ẽ: vel deo attribuere qđ solius creature est. Ycayphas tuipe blasphemas. qꝫ qđ dei est nõ attribuis deo. sed filium dei puram creaturam credis. Ecce charissimi vestimenta scidit in signũ doloris ꝛ irreuerentie dei facte a xp̃o: qꝫ credebat xp̃m deo blasphemiaꝫ inferre. Sed heu iam hec bona consuetudo iudeorꝫ destructa: quia aliq̃ iaꝫ non tantũ dolent audire blasphemiã: sed ipsimet blasphemijs ꝛ iuramentis nõ verentur blasphemare. Exemplũ de rustico qui ꝓcussit camerariã imperatoris eo ꝙ iurauerat ꝑ sanguinẽ xp̃i. De eo dicũt isti ribaldi tarillatores dicũt ea q̃ non audierint dicere modico hoĩ: scꝫ iurare per vulnera ꝛ sanguinẽ xp̃i. Etiam qđ peius est mulieres hoc faciunt. ꝛ tamen q̃tum sit hoc peccatũ ꝛ q̃ꝫ graue peccant ꝛ quo deus hoc peccatum punit ostẽdit Gregorius de puero quinq̃ annorũ qui ꝓpter hoc qđ didicit a patre iurare arreptus est de sinu patris a diabolo ꝛ eternaliter dãnatus est. Ecce si hoc peccatuꝫ deus ita grauiter punit in puero quinq̃ annoruꝫ quid hoc fiet ꝛc. ¶ Nota etiam hoc exemplum de illo tarillatore qui iurat per lac marie ꝛc. Sequit. ꝙ tunc pontifex dicit blasphemauit. quid adhuc egemus testibus. Ecce auditis phasphemijs Et consequẽter dicitur. qualis dominus talis est eius familia. Jdo sequitur ꝙ omnes responderunt. Reus est mortis ꝛ statim expuerunt in faciem suam ꝛ faciez eius velauerunt: scꝫ ipsum percutientes ad suam benedictaꝫ maxillam

dicẽtes. Prophetiza nobis christe quis est qui te percussit. Unꝺ̃ chrisostomus dicit. Ecce dominũ celi ⁊ terre conspuũt in leprosum. ligauerunt vt latronẽ. deriserũt vt fatuum. Ideo dñs conspui voluit vt sordes peccatorũ nostrorum in eo clarius videret: qꝛ speculũ consputum vel lotum cũ sputo est clarũ. Sic conspui voluit xp̃s vt superbus videret humilitatem in eo. iracundus mansuetudinem. auarus largitudinem. luxuriosus castitatem. vnde augst. Qui felicissimũ iudeorum sputum qui ausi sunt in faciem conspuere. in quo angeli desiderant conspicere cuius sputum sanauit cecum. Hoc est cõtra illos qui nolunt vllum sustinere contẽptum. Item dicunt sed est apocrifum: q ribaldi christum conspuẽtes illa nocte comedebãt allea cepe pozros ⁊ rapa terre: ⁊ sic illo fetore ipsum conspuerunt qꝺ erat sibi maxima pena. Item traxerunt ipsum cum pillis ⁊ crinibus: ⁊ etiam extraxerũt eius crines de capite ⁊ barbam et piecerunt eam sub pedibus suis. Item dicit Egesipp⁹ q̃ propter diuersas vexationes et tribulatiões quas iudei christo fecerunt in domo cayphe totus erat christus calefactus. Tunc iudei traxerunt eum ad cameram. Nam in erat aqua frigidissima in quadam cisterna: ⁊ illic christum posuerũt vsq̃ ad pectus ī qua sustinuit maximã penam. Et tunc impleta est illa prophetia dauid dicẽtis. Saluum me fac deus: quoniam intrauerunt aque vsq̃ ad animam meam. ¶ Et nota de stuphis calidis huius mundi ⁊ qualiter tales in infernum calefactentur ⁊c. Sic enim charissimi habem⁹ q̃ christus fuit ligatus percussus velatus ⁊ cõsputus. O quot sunt hodie qui sibi talia faciunt. illi enim velãt faciem eius qui veritatem opprimũt ⁊ falsum fauent ⁊ peccata sua verentur confiteri: scilicet falsi iudices ⁊ aduocati. illi christum percutiunt qui pauperes opprimunt. sicut sunt domini temporales sicut raptores qui bona pauperum rapiunt. Illi in faciem eius conspuunt qui in christo ⁊ in sanctis suis blasphemant viri ⁊ mulieres iurãtes. Nec autem omnia mala facta sunt in domo cayphe vsq̃ ad mane feria sexta. Sequitur. Tunc hora prima duxerunt iesum ad pylatum qui erat iudex in hierusalem ex parte imperatoris ⁊ erat gentilis. duxerunt enim eum vinctum ligatis manibus retro dorsum suũ tanq̃ latronem. Nos enim erat iudeorum morti condãnandũ reddere presidi ligatum tanq̃ reum mortis. Ducunt enim eũ sic ligatũ in pretorium pylati: sed noluerũt intrare pretorium vt non contaminarẽtur: quia consuetudo erat iudeis in festo paschę nõ intrare habitaculum in quo sententiam consueuerãt dare. vnde Chrisostom⁹ O qualis religio. non curabãt fũdere sanguinem innocentem: si habebant: conscientiam intrandi locum iudicis. Sed multi sunt qui faciunt magnam conscientiam de paruis peccatis: ꝯ de magnis nõ Sequitur. Videns igitur pylat⁹ q̃ iudei Jesum sic ligatum sibi presentauerunt ante pretorium exiuit ad eos foras ⁊ dixit eis. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc. Responderunt illi. Si non esset hic malefactor nõ tibi tradidissemus eum. quasi dicerent. Nos tales sumus ⁊ talis cõscientie q̃ nullo mõ volumus mẽtiri. ⁊ ideo nobis credere ꝺ̃bes. Respondit pylatus. Quid enim mali fecit. q. ꝺ. verbis vestris non credam nisi iudicialiter viceritis eum. Et pro certo satis parum est quãdo tangit vitam hominis honorẽ vel bona sua q̃ sibi fiat iustum iudicium. Hoc est maxime cõtra scultetos ⁊ scabinos qui sepe condemnant ⁊ occidunt homines propter inuidiam vel munera sine iusto iudicio vt possint se vindicare ⁊ capere bona illorum sicut sepius fit. Et factum est hic ⁊ alibi. ¶ Nota bene peiores sunt illi iudices pylato: qꝛ pylatus noluit christum condemnare sine iusto ⁊ vero iudicio. Et iõ tales iudices audient illud horribile verbũ qꝺ̃ ioseph dixit in egypto fratribus suis. Si spreuerunt minorem fratrem eorum beniamī dicens Heu. Non videbitis faciem meam donec adduceritis mihi fratrem vestrum minimũ: scz quez sine dei iudicio iudicastis ad mortẽ non illi qui possunt testificari non adulteri non qui sciant se in eisdem peccatis conscij ⁊ non periuri. Sequitur q̃ tunc iudei ceperunt Jesum accusare coram pylato in tribus. Primo dixerũt q̃ seduxit populum dicentes. hunc inuenimus subuertentem gentem ⁊ populum nostrum. In hoc enim mentiebantur: quia ipsi dixerũt ei. Mat. xxii. Magister scimus quia verax es ⁊ viam dei in veritate doces. Secũdo dixerunt q̃ prohibuit tributum dare cesari: quod etiam falsum est: quia ipse dixit. Reddite que sũt cesaris cesari ⁊c. Tertio dixerunt q̃ regem iudeorum se esse dicebat. qꝺ̃ etiam falsum est. imo fuit cum vellent eum regem facere. sicut patet Johan. vi. In his tribus volebant concludere q̃ ꝺm legem eorũ meruisset mortem. Et ideo dixerunt. Nos legem habemus: et ꝺm nostram legem debet mori: quia regem iudeorum se fecit. Tunc pylatus dixit eis. Accipite eum vos et ꝺm legem vestram iudicate eum. quasi dicat. propter ista ꝺm leges romanorum non meruit mortem. Pylatus enim bene sciebat q̃ oia ista erant mendacia que sibi imposuerant: ⁊ q̃ propter inuidiam hec omnia dixerant. Responderũt iudei. Nobis non licet interficere quẽq̃. Per hoc volebant respõdere q̃ xp̃us non fecisset cõtra legẽ iudeorum: sed contra iura increatoris Ideo dixerunt nobis non licet interficere quemq̃. O pessimi iudei creditis vos excusare. Sed tantũ peccat qui tenet vaccam sicut qui percutit. Sequitur. Audiens pylatus christum se fecisse regem iudeorum: quia hoc eum tangit. Ideo inquisitionem fecit de hoc nõ curãs respõsiones primas dicẽs. Tu es rex iudeorum. Respondit iesus. A temetipso hoc dicis: an alij tibi dixerunt de me. quasi diceret. Pylate

si a temetipso hoc dicis: pande nūc
signa tue rebellionis. ¶ Sinautē ab
alijs audiuistis hoc: tunc inquisi-
tionem facō veritate si hoc dixi vl
nō dixi. ¶ Tunc pylatus respondēs
dixit ei. ¶ Nunquid ego iudeus sum
quasi dicat. ¶ Non noui te: sed gens
tua t pōtifices tui te tradiderunt
mihi: qđ feciſti. ¶ Ait iesus. ¶ Regnum
meum non est de hoc mundo: si de
hoc mundo esset ministri mei vti-
q3 decertarent vt nō traderer inde
is. ¶ Nunc autem regnū meum non
est hinc: quasi diceret. ¶ Non solum
sum rex terrenus: sed celestis. ¶ Tūc
respondit pylatus. ¶ Ergo rex es tu
sed ex quo habes regnum. ¶ Respō
dit iesus. ¶ Tu dicis: qz rex sum ego
¶ Ego enim in hoc natus sum t ve-
ni in mundum vt perhibeaz testi
monium veritati. ¶ Et omnis qui ē
ex veritate audit vocem meam: sci
licet veritatem adimplendam. ¶ Tūc
dixit ei pylatus. ¶ Quid est veritas:
¶ O q3 bona questio: quia nulla ve-
ritas apparebat inter iudeos. ¶ Be-
lius enim quesiuisset pylatus si co
gnouisset vbi est veritas: quasi di-
cat. ¶ Tunc nec in pōtificibus est ve
ritas: nec i presbyteris: nec in iudi
cibus: nec in scultetis iniquis. ta-
men veritas deberet maxime esse ī
illis. ¶ Hoc est contra scultetos sca-
binos t sacerdotes in quibus heu
iam modica veritas est. ¶ Nota vt di
cit egesyppus dicēte pylato. ¶ Quid
est veritas. ¶ Respondit christus.
¶ Veritas est iesus nazarenus rex
iudeorum: t veritas de celo descen-
dit in terrā t non iudicatur ab his
qui potestatem exercent in terra.
¶ Alij opinantur q3 pylatus nō po
terat audire responsionem christi
veritatis propter strepitum iudeo
rum astantium ante hostium pre
torij: ita q3 coactus fuit exire ad re
spondendum iudeis ante christi re
sponsionem. ¶ Sequitur q3 post-
q3 dixerat: quid est veritas exiuit
ad iudeos t dixit. ¶ Ego nullam cau
sam inuenio mortis in isto homi-
ne. ¶ Tunc omnes diserunt fortiter
clamando. ¶ Conuertit totum popu
lum nostrum incipiens a galilea
vsq3 huc. ¶ Tunc pylatus audiens
q3 iesus galileus esset misit eum ad
herodem regem galilee: qui tunc
erat in hierusalem credens iesum
esse sub potestate herodis. ¶ Sciuit
etiam pylatus q3 affectabatur ie-
sum videre propter miracula au-
dita de iesu. ¶ Videns autem iesum
gauisus est valde. ¶ Multo enim
tempore desiderabat videre iesum
propter signa tc. ¶ Tunc herodes
quesiuit multa a christo: scilicet si
esset ille propter quem pater suus
occiderat omnes pueros in bethle
em. ¶ Iesus autem nihil respondit.
¶ Tunc herodes vt dicit egysippus
promisit iesu per coronam suam iu
rando q3 eriperet eum de manibus
iudeorum si coram eo faceret ali-
quod mirabulum t q3 eum faceret
heredem sui regni. ¶ Iesus autem
noluit facere aliquod miraculum
quia herodes non erat dignus vi
dere ratione deuotionis: sed curio
sitatis: etiam ne passio sua impe-
diretur. ¶ Item herodes promisit si
bi q3 recompensaret sibi confusio-
nem factam per patrē suum si vel
let facere aliquod miraculum.
¶ Item quesiuit ab eo si ipe esset qui

cecum a natiuitate illuminauit et
quem tres reges cum tanto hono-
re quesierunt t qui lazarum post
triduum resuscitauit. ¶ Sequitur
¶ Ad omnia nihil respondit iesus
nec coram eo signum aliquod fecit
¶ Primo qz herodes reputabat chri
stum esse non predicatorem verum
sed incantatorem: ideo herodes il-
la de causa non erat dignus audi-
re verba christi. ¶ Secundo noluit a
liquod signum facere: nec sibi res-
pondere: quia nullus fructus fuis
set secutus in herode: sed solum ad
miratio: t quasi laus in christo.
¶ Predicator enim verbi dei non de
bet querere laudem ab homini-
bus: sed fructum animarum. ¶ Vi-
dens autem herodes q3 nihil chri
stus respōderet sibi reputabat ipm
fore fatuum. ¶ Cogitauit enim ipse
est verus fatuus qui potius ele-
git mori q3 mihi respondere t vi-
uere. ¶ Et sic spreuit eum herodes t
induit eum veste alba sicut fatuū.
¶ Et milites illuserunt eum: t sicut
fatuo clamantes post eum: fatue
fatue t lutum proiecerunt in eum
t sic ligatum reduxerūt ipsum ite
rum ad pylatum. ¶ Sequitur q3
herodes t pylatus facti sunt ami
ci qui antea fuerunt inimici: quia
pylatus occiderat quosdam de ga
lilea qui fuerant sub potestate he-
rodis: t sic mittendo iesum de vno
ad alium facti sunt amici. ¶ Sed
quid est hoc q3 facti sunt amici he
rodes t pylatus in oblatione chri
sti: nisi q3 pax est reformata inter
deum patrem t genus humanum
per puram mortē iesu christi. ¶ Sic
heu reformatur inter dominos tē
porales in combustione pauperū
quando combusti sunt tc. ¶ O quis
iam potest aliquid retinere in cor-
de suo t non remittere iniurias si
bi factas in recipiendo christum
iam in isto festo vbi sit q3 herodes
t pylatus facti sunt amici recipi-
endo christum. ¶ Sequitur. ¶ Vi-
dens autem pylatus q3 iesus erat
sibi remissus ab herode t q3 hero-
des qui erat durus homo non oc-
ciderat eum cogitauit eum libera-
re duplici via. ¶ Primo quia evase-
rat manus ¶ Herodis quez sciuerat
regem valde austerum t crudelem
t christi inimicum ratione sui pa-
tris. ¶ Et dixit: ecce obtulisti mihi ho
minem istum tanquaz reum mor-
tis. ¶ Et adhuc nullam causam mor
tis inuenio in eo: neq3 etiam hero
des: scilicet ad quem spectat de iu
re iudicium istius. ¶ Nā remisi vos
ad illum: scilicet herodem: t ecce
ei nihil factum est. ¶ Corripiam er-
go t dimittam. ¶ Tunc dedit eis op
tionem de barraba t iesu. ¶ Secun-
do nitebatur ipsum liberare pro-
pter consuetudinem festi: quia ha
buerunt consuetudinem iudei: vt
vnus reus mortis dimitteretur
eis liber in memoriam qua erant
liberati de egypto. ¶ Ideo dixit. ¶ Est
vobis consuetudo vt vnum vin-
ctum vobis dimittam in pascha.
¶ Et dato q3 meruisset mortem:
tamen ratione solemnitatis ego
vobis dimimittam cum si volue-
ritis: t alium quem habeo latro-
nem: scilicet barrabam occidam in
signum q3 filij israel transierunt
viui mare rubrum t egyptij fue-
runt submersi. ¶ Quem vultis igi-

tur vobis dimittam an barrabam qui est latro: an iesum qui dicitur christus. Tunc totus populus ex instinctu principum ⁊ sacerdotuꝫ clamabat. Non dimitte hunc sed barrabam. Quid igitur faciam de iesu qui dicitur christus. Clamantes autem omnes. Crucifige crucifige eum. Tunc dicit pylatus. regem vestrum crucifigam: quasi diceret. Confusio erit vobis crucifigere. Cui illi. Nos non habemus regem nisi cesarem. O quid est hoc ꝙ iesum volunt crucifigere ⁊ latronez dimitti: nisi iterum ꝙ latro vivos interficiat: ⁊ ꝙ iesus q̄ mortuos suscitauit interficiatur. Deu video iam ꝙ parui fures ⁊ simplices suspenduntur ⁊ magni euadunt. Et ait quidam philosophus athenis dicens. Magni fures ducunt paruos. Videns autem pylatus ꝙ non poterat proficere: cogitauit enim liberare per flagellationem: quia credebat iesum aliquid dixisse contra legem moysi ⁊ ꝙ nō fuerunt sibi ita duri. Et tunc fecit eum a suis ministris duci nudum ad forum ciuitatis vbi erat cōgregatio populi ⁊ fecit eum alligari ad vnam columnam lapideam: que erat in foro: vt pena eius ab omnibus videretur. Nec enim columna erat ita spissa ꝙ eius manus nō poterāt appropinquare in spacio vnius manus ⁊c. Et tunc pylatus fecit eum flagellari tribus generibus flagellorum ⁊ bini flagellabant eum. Prime flagelle fuerunt stelle spinee: cum quibus flagellis fuit ante ⁊ retro: ita crudeliter ꝙ eius tenera caro a planta pedis vsq̄ ad verticem capitis fuit vulnerata: ita ꝙ sanguis eius in aere resultaret. Secundo fecit eum flagellare cozrigijs nodatis ad modum nucum. Tertio flagellis de nervis thaurinis: ita crudeliter ꝙ frustra carnis pendebant ad corpus suuꝫ. Et hoc facto milites pylati duxerunt eum sic sanguinolētum in palatio pylati coram oculis omnium iudeorum illuc expectantium: sed adhuc nundum satiati tantis penis dederunt militibus pecunias vt illuderent ei tanquam regi despecto. ¶ Sequitur. Tunc milites plectentes quandaꝫ cozonam de spinis acutissimis et grossis. Et illi cozonam imposuerunt capiti eius cum cyrotbecis ferreis ⁊ lanceis vsq̄ ad cerebruꝫ suum benedictum tanquam cozonam regi: ita ꝙ sanguis ei⁹ ex omni parte effluret per maxillas suas. O hoc est cōtra istas superbas mulieres que sic ornant caput diuersis ornamentis: vt sic viri habeant quandam dilectionem eas conspicere. O ostende quot vulnera christus tunc habuit. Ictus centum sexaginta sex preter alia communia vulnera. Unde nota ꝙ qui quotidie diceret quindecim pater noster elapso anno quodlibet vulnus haberet vnum pater noster. ¶ Tunc dederunt ei arundinem in manu sua pro sceptro: ⁊ clamide coccinea: qua reges vtebantur circundederunt ei: ⁊ illudebant ei tanquam regi non potenti regnare. Judei autem ⁊ milites dicebāt ei flexis genibus coram deo derisorie. Aue rex iudeorum. Ideo modo coronatus es ⁊ ornatus sicut decet talem regem. Et alij accipiebant harundinem de manu eius ⁊ percutiebant fortiter caput eius. Alij vellebant sibi barbam: alij adhuc non satiati alapas dabant ei percutientes modo vnam maxillam modo aliam. Et dum hec agerentur superuenit pylatus videꝫ eum tam grauiter vulneratum: et sic doloribus afflictum: vt nec pedibus stare poterat cogitauit si iudei eum taliter maculatum viderent ⁊ eum innocentem audirent: nisi essent lapidibus duriozes absoluerent eum compatientes ei. ¶ Sequitur. Et sic duxit eum foras vbi erat multitudo expectans euentum negocij: ⁊ ostendens eis taliter coronatum et tam horribiliter ⁊ inhumaniter verberatū dixit Ecce adduco eum vobis foras vt cognoscatis: quia in eo nullam inuenio causam. Ecce homo: quasi dicat ꝙ miser est iste homo. Et qz quilibet homo compatitur affricto homini naturaliter, ideo dixit. O homo ecce q̄z miser est iste homo videte caput perforatum ⁊ spinis coronatum: faciem sputam: totum corpus cruentatum. Ideo homo sufficit tibi de isto misero homine videre caput perforatum: qz non est caput porci: neq̄z canis: sed est frater vester compatiamini ei. O q̄z bene christus potuit hoc verbum dicere ad nos propter quos sustinuit dicēs lingua externa ⁊c. Dixit ergo pylatus ad iudeos. Ecce rex vester: quasi dicat miser rex iste est. Ecce q̄uis direrit se esse regem: tamē merito debet vobis sufficere: quia satis castigatus est propter vnum verbum. ¶ Sequitur. Tunc iudei iesum videntes sic sanguinem fluere quasi canes desiderantes predam manducare clamauerunt omnes. Tolle tolle crucifige eum: quasi dicant. Non sufficit nobis sic eum videre: sed volumus mortem eius in cruce videre. O q̄ dissimile est tolle tolle. Et benedictus qui venit in nomine domini. Tunc pylatus dixit. Quid enim malefecit vobis. At illi direrunt. Nos legem habemus ⁊ ꝑm legem debet mori: quia filium dei se fecit Tunc pylatus hoc audiens magis timuit q̄z ante: ne scilicet filiuꝫ dei interficeret, ⁊ ideo iterum introduxit eum in pretorium: ⁊ de hoc eum examinauit ad partez volens veritatem de hoc scire dicēs. Unde es tu: es tu filius dei aut non. Non respondit ei verbum: quia non erat necesse ꝙ verbo se filium dei responderet: quia pluries ostenderat Joānis. iiij. O opera que ego facio in nomīe patris mei hec testimoniū perhibent de me. Tunc dixit pylatus. Mihi non loqueris: nescis quia potestatem habeo dimittere te ⁊ crucifigere te. Chrisostomus. O pylate iam te ex toro cōdemnas. Si enim tota potestas est crucifigere ⁊ dimittere: ⁊ scis eum innocententem esse ⁊ ꝙ iudei per invidiam eum tibi tradiderūt quare eū tunc tam grauiter vulnerasti ⁊ flagellasti: ⁊ adhuc eū nō dimittis. Tunc xp̄s respondit pylato. Non haberes ptātem aduersuꝫ me vllam nisi tibi datū esset desupi, a patre meo, Propterea qui tra-

didit me tibi.s.iudas:ꝛ iudei ma-
ius habent peccatuz. Propter qō
pylatus magis nitebatur eum li
berare. Hic dicit Egesippus q̄ qñ
christus dixit. Non haberes pote
statem super mevllam nisi tibi da
tum esset de super. vxor pylati q̄
postea fuit discipula apostoloruz
vidit visionem hanc q̄ de celo ve-
nerunt duodecim legiones ange-
lorum ipsum christum circunstā
tes ante pylatum qui omnes erāt
parati ad auxiliuz christi. Omēs
angeli christo dicebant vna voce.
Salue diuina maiestas tibi pre-
sto adest nostra potestas. Et tunc
vnus angelus dedit pylato crucē
in manibus suis in signum q̄ po
testas ei solum est a deo patre cru
cifigendi xp̄m:ꝛ in illa cruce scri-
bebant. Noli de hac potestate glo
riari. Judicans iniquitatem venit
a te iudicari. Ideo iesus dixit non
haberes potestatem super me vl-
lam nisi tibi datum esset de super
Et ista fuit vna causa principalis
qua vxor pylati fecit rogare pro
christo vt postea patebit. Tūc py
latus exiuit ad iudeos allegans
eius innocentiam sicut pluries fe
cit dicens. Quid vultis de isto ho
mine. Dico autem coraz vobis om
nibus quia nullam inuenio cau-
sam mortis in isto homine. Cla
mauerunt autem omnes. crucifi-
ge crucifige eum. Quibus pylat⁹
Regem vestrum crucifigam. qua
si dicat alla erit confusio vestra in
eternuz. Clamauerunt omnes nō
habemus regez nisi cesarez:ꝛ oīs
qui se regez facit contradicit cesa-
ri. si igitur hunc dimittis nō eris
amicus cesaris. O vbi iam sunt q̄
in die palmarum clamabant. Be
nedictus qui venit ꝛc. rex israel. ꝛ
modo dicunt non habemus regez
ꝛc. ¶ Sequitur. audiens au-
tem pylatus si eum dimitteret q̄
eum apud cesarem accusarent ꝛ ti
muit perdere amiciciaz cesaris tra
didit iesum voluntati eoruz. Tūc
vxor accessit ad pylatū per nunci-
um dicens. mihi tibi ꝛ iusto homi
ne. quasi dicat. non habes causam
interficere eum. multa enim passa
sum per visum propter eum. Hic
dicunt doctores q̄ diabol⁹ vidēs
animas sanctoruz in inferno gau
dentes illo die cogitauit q̄ p mor
tem christi deberent liberari. indu
xit vxorem Pylati per visionem
ad hoc vt per eam impediret mor
tem xp̄i: sicut per eam intulit mor
tē in homine:ꝛ sic vxor pylati mo
ta dixit. mihi tibi ꝛ iusto illi. ¶ Se
quitur. Tunc pylatus lauit man⁹
coram omnibus dicens. Mund⁹
ego sum a sanguine iusti hui⁹ vos
videritis: quod ego faciam vos co
gitis me facere. vnde aug⁹. O py
late tota aqua maris non lauaret
te. Tunc direrunt iudei sanguis
eius super nos ꝛ super filios no-
stros. i. vltio sanguinis eius sup
nos ꝛ super filios nostros. ꝛ post
hoc dispersi sunt per orbem ꝛ ma
ledicti maledictione Cayn tremo
re in capite. in facie deturpati ꝛ p
cussi in posteriora per mensuraz.
vnde dicit ps. q̄ percussit inimi-
cos suos in posteriora. hoc autez
ab illo die semper patiuntur vt q̄
libet puer dum intrat mundum
portat vnam manuz plenaz san-

guine super caput: vt igitur pyla
tus videatur innocens esse ꝛci la-
uit man⁹ suas sicut mos erat gē-
tilium lauare manus quando ali
quis iniuste ꝛ falso testimonio cō
demnabatur: quia qui alijs impo
nunt peccata sua sicut mulieres q̄
dicunt diabolus induxit me ad b
vel sicver ille vel illa recepit me
sed di.ps. q̄ excusatio eoruz fiat
in peccatum. Quinq⁹ punct⁹ osten
dit eius condēnationem. s. quomo
do fuit iudicatus ꝛ condemnatus
¶ Sequitur. Audiens au-
tem pylatus q̄ si iesum dimitte-
ret perderet amicitiam cesaris: se
dit pro tribunali ante pretoriuz.
sicut plures scultreti qui innocen-
tes interficiunt vt bursas domi-
noruz ꝛ suas impleant. Tūc ma
ledictus pylatus dedit sentētiam
contra iesum dicens. Precipio Je
sum nazarenum marie filium tan
q̄ latronem suspendi in cruce. Et
sic tradidit iesum militibus ad su
spendendum ꝛ crucifigendum. O
pessime pylate modo totaliter er-
ras modo teipsum eternaliter cō-
demnas. Nam dixisti q̄ totum fu
it in potestate tua crucifigere ꝛ di
mittere eum. Sciuisti etiā q̄ iudei
eum per inuidiā tradidissent tibi.
Quare eū quē sciuisti esse innocē
tem ꝛ qui erat in tua potestate tā
crudeliter flagellasti ꝛ tā horribi-
liter spinis coronasti. Et nūc sup
omnes malicias tuas iudicas ip
sum ad turpissimam mortem ꝛ mi
litibus tradis ad crucifigendum.
Justiciā p̄ temnitis ꝛ falsum iudi
cas ꝓpter timorē ꝛ fauorē cesaris
q̄z times ꝑdere officiū tuū. Ve tibi
pylate bene incepisti: sed pessime i
pleuisti. O q̄t sunt hodie pylati q̄
magis habent respectū ad dñoruz
fauorem q̄z adverum iudiciū ꝛ ad
deum iniuste iudicantes. sicut tūc
sculteti ꝛ scabini ꝛ famuli dñoruz
timentes deponi ꝛ enerūāt pau-
peres exprimunt etiā ꝛ spoliāt vt
bursas dominoz ꝛ suas impleāt.
¶ Queritur etiam hic q̄stio. vtruz
iudex possit ferre inimicam licite con
tra innocentē falsis testib⁹ accusa-
tum. Dicit enī sanctus thomas in
summa questione. lxiij. ar. vi. q̄ si
aliquis falsis testibus accuseꝛ
ꝛ conuincaꝛ vt occidaꝛ quem iudex
scit esse innocentem si iudex nō po
test inuenire occasionē liberandi
talē dz eū mittere ad suū superio-
rē iudicandū. si superior tūc occide-
rit eū: tūc iudex nō occidit eū ꝫ fal
si testes vt dicit vlacus li. vi. tracta
tu. iij. c. xxij. Dico igiꝛ ꝛ Guiller-
m⁹ in glosa q̄ talis sic accusatus p
falsos testes quē iudex scit inno-
centem non debet mitti ad superio
rem iudicē: ꝫ iudex dz pot⁹ omia
mala sustinere ꝛ suā virgā redde-
re q̄z innocentē ad mortē vl ad cō
culcationē: cōdēnare vel etiā expo
nere condēnandum. Et si iudex i ta
li casu innocentē condēnauerit: re
us erit sanguis illi⁹ sicut erat py
latus. ¶ Nota hic q̄ xp̄s q̄ est sū-
mus iudex docet iudicare iudices
Jo. viij. ꝛ. v. in iudicio q̄ inuenerat
de muliere deprehensa in adulterio
Primo namq̄ docet iudicare cuz
discretione hoc est causam bñ di-
scutere ꝛ ibi cū dr. Jesus autē ta-
cuit ꝛ digito in terrā scribebat ac
q̄ dicer et, discute bene cām pri⁹ q̄z

iudicas. Ecce iudex dz iudicare cōpassione: ꝛ hoc oñdit cū dr̄ inclinauit se. quasi dicat. iudica cū passione. Tertio dz iudicare verū iudicium ablq; omni fauore ꝛ timore ꝛ hoc cū dr̄. Erexit se. s. versus celum. Quarto cū respectu ꝓprij status ꝛ vite: scz vtrū sit in tali statu sicut iudicand⁹: ꝛ etiaz dz respicere statū accusatoꝝ. s. vtrū sint periuri adulteri excōmunicati vel tam mali sicut indicand⁹. Et hoc notatur ibi cū dr̄. qs vr̄m est sine peccato mittat in eam lapidē. ¶ Nota cōtra theutonicos qui plures sūt adulteri. Quinto dz iudicare cum pietate ꝛ misericordia. ꝛ hoc ibi cū subinfertur. mulier vbi sunt qui te condēnabant nec ego te condēnabo. Ideo vade ꝛ amplⁱ noli peccare. Attendite igit̄ ovos iudices. si eñ: sic iudicaueris saluaberis cuz iesu dño nostro. Si aūt cum pylato eternaliter damnaberis. ¶ Sequitur. Videś eñ iudas ꝙ Jesus dānatus esset penitentia ductus ecce cōtritio. hoc est contra illos q̄ nunq; habent cōtritionem ō suis peccatis. Tunc iudei secū trufando dixerunt. Quid ad nos tu videris. quasi dicerēt si peccasti sentias penā. Tūc iudas hoc audiēs q̄ si tot⁹ ōsperatus dixit. peccaui tradens sanguinē iustū. ecce cōfessio hoc est cōtra illos q̄ nolūt vel verentur confiteri. ¶ Sequit̄. ꝙ pecit. xxx. denarios in templo. Ecce satisfactionē qđ est cōtra illos vsurarios q̄ nolūt reddere vsuram. cū tam in dicat Aug⁹ ꝙ non dimittitur peccatuz nisi ablatum restituatur. ꝛ etiam contra illos qui retinent ea que violenter rapuerunt.

¶ Sequit̄. tūc iudas abijt ꝛ laqo se suspendit. In hoc pl⁹ peccauit q̄z xp̄m vendidit qr si veniaz petijsz vtiq; obtinuisset. ꝛ in hoc edocent confessores peccatores dalcā cōsolari ne desperent: et rapto laqo crepuit medi⁹ cadens in terraz: qr nō decuit ꝙ illa misera anima exiret per illō os qđ xp̄z osculatū fuerat: ꝛ sic charissimi iudas rōe sue auaricie totum brodiū perdidit. s. corp⁹ aiam ꝛ bona. Sicy surarij ꝛ alij qui bona male acquisita habent vt ea retinent totū perdūt in morte: amici bōa: vermes carnes: ꝛ diabol⁹ animam. sicut fuit de iuda qui non habuit contritionē de peccato nec bona resti tuūt sz suis heredib⁹ committunt. ꝛ ideo vnus post aliū vsq; ad decimā generationem vadunt ad diabolū. ¶ Seq̄tur. ꝙ tunc iudei audientes iudaz suspensum dixerunt de pecunia. Non licet mittere in corbanam. i. cum ecclesie oblationib⁹ qr preciū sanguinis est. hoc est contra prelatos principes ꝛ dños temporales qui de bonis per violētiā raptis a pauperib⁹ ꝛ male acquisitis faciunt ecclesias ꝛ sua testamēta. hoc nullo mō est licitū: qr tenent̄ ad verā restitutionē. credūt enim ꝙ talia mereri ꝛ satisfacere deo absit hoc. Seq̄tur ꝙ ex illa pecunia emerūt agrū figuli ager in sepulturā peregrinoꝝ. s. in infamiam ie su vt esset frequēs memoria in detestationē xp̄i. ꝛ hec ō q̄rto. ¶ Quit̄ punctū oñdit eis crucifirionez. Data ergo sñia a pylato ō iesū milites exuerūt eū clamide coccinea

ꝛ inducentes eū vestimenta sua ita ꝙ oia vulnera recepta in flagellatione inceperūt iterū emanare sāguinem. O quot sunt hodie milites qui xp̄m denudant cum pauperes opprimant ꝛ spoliāt quos debēt defendere sicut turant: ꝛ sūt omnes tales periuri: ꝛ tales non deberēt esse scabini nec stare ī aliquo iudicio. Etiam sūt detractores pessimi qui vnctos domini. i. sacerdotes infamant ꝛ spoliāt eorum vestimenta scz honoris. Qđ tamen prohibet dñs in ps. Noli te tangere christos meos ꝛc. Naz nobiles qui deberēt saltem eē nobiles progenie. pl⁹ facūt ī suis cōmuniꝝ q̄z alij. tales nō sūt nobiles sed rustici. exemplum decani ꝛ saphet. ¶ Sequitur. ꝙ tūc milites i posuerunt sibi crucē grauissimam super corp⁹ suū quā forte ipsimet non portassent. Sic hen hodie sūt plures sacerdotes cōfessores imponentes aliquib⁹ graues penitētias quas ipsimet digito non tangerent. ¶ Sequitur. ꝛ cū eo ducebantur duo latrones ad maiorez sui confusionē medū autez iesuz Et cum sic ducerent versus mōtē caluarie ymagines depicte ꝛ veru la militū inclinabant. s. versus iesum ita ꝙ milites non potuerunt ea tenere. ꝛ precones preibāt clamando. Videte iusticiam de Jesu nazareno qui dicit se regē iudeoꝝ ꝛ filiū dei. ꝛ vt iudei citi⁹ de eo expeditionem ꝛ vt celeri⁹ irent truserunt eū cū stimulo ferreo acuto in corp⁹ suū ꝛ inuenerūt in via quēdam hoiez noīe symonē cyreneū pr̄em alexandri ꝛ Riffi venientez de villa: qui ꝛ ipsi discipuli erant xp̄i. hunc impellerunt vt portaret crucē iesu. O q̄r sunt hodie portātes crucem iesu pnīe. s. monachi. ꝛ tunc obuiauit iesu illa veronica q̄ valde dñm amabat cui dedit pallium impressum in faciem qō adhuc est rome. Sequit̄. ꝛ tunc seq̄batur eū turba multa quevt eum deriderent ꝛ viderent si ō cruce descenderet ꝛ etiā multitudo mulierum plorantiū ꝙ⁹ dixit. Filie Jerusalez nolite flere super me: quia morte libenter sustineo ꝟ sup vos ipsas flete ꝓpter penā. s. immanentem. s. tpe tri vaspasiani ꝛ sup filios vestros ꝓpter culpā quam in me cōmittunt. qñ ecce post passionem meam venient dies. s. captiuitatis vestre in qb⁹ dicent beate steriles q̄ nō genuerūt ꝛc. qr accidit eis ꝙ qñ ierusalem fuit capta xvij. milia fuerūt venditi iudeoꝝ ꝛ triginta ꝓ uno denario ꝛ vnde cies centena milia gladio ꝛ fame perierunt ꝛ ꝓpter famem mulieres ꝓprios comederunt filios: ō vos filie hierlm nolite flere ꝛc. dixit eis iesus qr si ī ligno viridi ligno hec faciūt hoc est in me q̄ suz lignum pacis virēs omni virtute in arido. i. in pctōre ꝛ reo morti quid fiet ꝛc. ¶ Seq̄tur. videś igit̄ iohānes euāgelista ꝙ totū erat expeditus de cognato suo ꝛ mgr̄o timēs ꝙ matrē reprehendi qr nō prenunciauerat morte filij. qui ex alia pte timebat tam dolorosos ramores nūciar. rāde velociter cucurrit ad ꝟginē. Virgo eū maria stabat

in domo sororis sue matris iohā
nis in Jerusalem cum sororibus
suis: ⁊ expectans aduentum filij
sui.iohannes autem festinans ve
nit ad mariam totus inflammat⁹
pre dolore loqui non potens: sed
ad pedes marie se prosternens di
xit.O domina cito eam⁹.tunc⁹go
in corde vulnerata clamare cepit.
O iohannes bone cognate vbi di
misisti filium meum: vbi nam est.
O infelix mater vbi inueniaz euz.
heu timeoꝙ iudei fecerūt sibi ma
lum: quia sciebam inuidiam eorū
O iohānes dic mihi quomodo va
let filius me⁹:alioquin dolore mo
riar.Audientes autem hoc maria
magdalena ⁊ alie clamantes iter
virginem ⁊ iohannem.occurrerūt
ei videntes Jesum solum clama⁊
bant flentes.o iohannes vbi dimi
sisti dōm nostrum. dicatis nobis
vbi mueniemus eum.tunc iohan
nes tristissimo corde.heu domin⁹
deus meus:heu magister meus:
heu cognatus meus ducitur ad su
spendium in crucem:non moremur
si volumus eum viuum videre. tūc
maria quasi insensata cū iohanne
⁊ cum maria magdalena ⁊ maria
iacobi ⁊ alijs currebant sed tant⁹
erat tumultus populi ꝙ ad iesuz
venire nequibant: sed audiebāt p
conem clamantem. Videte omēs
iusticiam de iesu nazareno qui di⁊
xit se regem iudeorum.Qō audi⁊
ens maria veluti mortua cecidit
ad terram:sed iohannes ipsaz cuz
alijs elenauerunt. Tunc Maria
ducta a iohanne ⁊ alijs in aliā pla
team precurrerunt populum ex⁊
pectantes iesum ante portam ci⁊
uitatis que ducit ad montem cal⁊
uarie. Cumqꝫ mater vidisset filū
recte sub porta baiulantem crucez
decem pedum in longitudine:⁊ sic
maculatum in facie per sputuz iu
deorum:⁊ sic spinis coronatū eun
tem inter duos latrones ⁊ videns
vnum ribaldum precedentē habē
tem cordam in manibus ligatam
ad collum dulcissimi filij sui ipm
trahentem quasi canem ⁊ ipsum
pungentem stimulo ferreo vt tan⁊
to celerius iret. Cecidit aūt maria
ad terram quasi mortua p nimio
dolore:⁊ statim a Joanne est ele⁊
uata:⁊ iteruz a iudeis hinc ⁊ inde
trusa. Tunc iesus eleuans oculos
suos respexit matrem dixit. Grati
as ago tibi bēdicta ⁊ dulcis ma
ter ꝙ me filium tuū in vtero por⁊
tasti ⁊ me tuo lacte virgineo nutri
uisti:⁊ ꝙ tantos labores p̄ me et
mecum sustinuisti valeas dulcissi
ma:qz duz resurrexo a mortuis ti
bi primo apparebo ⁊ tuum tristis⁊
simum cor tunc gaudijs implebo.
Cum aūt sic venissent ad montem
caluarie vbi latrones solebant su⁊
spēdi interfici ⁊ cadauera mortuo
eum proijci illic eum crucifixerunt
⁊ duos latrones cum eo. Modus
autē quomodo crucifixus erat est
iste. Primo milites exuerunt cum
vestes suas q̄ affixe erant sue car⁊
ni propter vulnera. Et beata virgo
mater eius occurens ligamen ca⁊
capitis sui accipiens circumliga⁊
uit lūbis eius post hoc posuerūt
crucem super terram ⁊ eū desuper
extenderunt. Et primo vnū clauū
incusserunt adeo spissum ꝙ tunc
sanguis non poterat emanare:ita

vulnus clauo replebatur. Et dein
de funibus aliud brachium traxe⁊
runt ad foramen quia foramen ni
mis distabat a loco apto. Simili⁊
ter pedes extenderunt in vno cla⁊
uo ⁊ perforauerunt. Et ita traxe⁊
rūt ꝙ omnia ossa sua ex propijs
locis cierunt. Post hoc erexerūt
primo duos latrones illos vt chri
stus videndo ⁊ audiendo clamo⁊
res eorum magis abhorreret mor
tem crucis. Item post hoc erexerūt
iesum in cruce cum magno labo⁊
re. Et hoc propter ponderositatez
corporis sui vulnera scissa sunt q̄
prius non emiserunt sanguinem.
Et tunc primo exiuit sanguis de
manibus ⁊ pedibus eius. Beata
autem maria steterat surszuz respi
ciēdo quia ita alte fuit suspensus
in medio latronuz ꝙ non poterat
attingere pedes christi Jndutave
ste alba qua tegitur caput ⁊ totuz
corp⁹ ⁊ ē quasi linthea. Jn ista em̄
veste beata virgo maria totuz san
guinem eius accepit qui de mani⁊
bus ⁊ pedibus iesu christi filij sui
fluxit. Hic nota ꝙ aliqui dicunt
ꝙ quando crux christi fuit erecta
statim cecidit ad terraz cum corpo
re benedicto quia nō fuit firmiter
posita in trunco ita festinabant. O
q̄ miserabiliter illa benedicta fa⁊
cies fuit tcūdeturpata de pulveri
bus terre ⁊ eius sanguine. Se⁊
quitur. Jn iohāne. ꝙ postq̄ cruci⁊
fixerunt eum diuiserunt sibi vesti
menta eius in quattuor partes:qz
quattuor fuerunt milites sortem
mittentes super tunicam domini
nostri iesu christi. Erat autem tu⁊
nica eius inconsutilis quaz beata
virgo maria mater sua sibi fecerat
sine acu. Quequidez tunica crescē
te domino nostro iesu christo cre⁊
uit cuz eo. Nota ꝙ mons calua
rie est in medio mundi. Ad inuen
dum ꝙ christus erat pro tunc me
diator dei ⁊ hominū. Et post hoc
ille mons q̄ solebat turpissime fe⁊
tere suauissim⁹ māsit odor ibi post
hoc. Nota hic de taxillatoribus.
Dicit enim raymundus ꝙ omnis
qui facit taxillos vm materiā pec
cat mortaliter.vnō oui. Languor
⁊ immodici nullo sub iudice sōni.
Aleaqꝫ ⁊ multo tēpora quassa me
ro. Eripiunt omnes ānos finevul
nere vires. Affluit incautis ōfidio
sus amor. Et qui ludunt ad aleas
vel ad taxillos pro pecunijs vel q̄
intersunt illis vel qui sunt partici
pes omnes peccant mortaliter.vt
habetur extra de vita ⁊ honestate
clericorum vbi dicitur. Precipim⁹
sacerdotib⁹ ⁊ clericis ꝙ nullo mo
do ludant ad aleas nec iterfint ta⁊
li ludo sub snīa excōicatōnis. Heu
hoc hodie pessime fuatur. ⁊ dicit
Raymūdus ꝙ; sacerdos ⁊ cleric⁹
qui quotidie talem luduz exercent
nisi se correxerint per penitentiam
⁊ luduz dimiserint deponantur a
